TRADITIONES

POSSESSIONESQUE

WIZENBURGENSES.

Codices duo cum supplementis.

Edidit

Societas historica Palatina.

SPIRAE.

Typis Johannis Friderici Kranzbühler.

MDCCCXLII.

Praefatio.

En lector historiae patriae studiose libros antiquos duos abbatiae Wizenburgensis, quos post virorum doctorum investigationes et Francogallorum in hisce regionibus destructiones vix adhuc exspectaveras, codicem primo loco traditionum seu librum donationum, seriem chartarum de Rheni superioris regionibus, aevi tam Merovingici quam Carlingici, exhibentem per duo secula, incipiendo ab exeunte septimo per octavum totum fereque et nonum, cuius est ipse; dein subiunctum polyptychon, ut dicunt, seu librum possessiones et reditus monasterii per secula inde sequentia usque ad exeuntem decimum tertium, quo ipse scriptus est, enarrantem. Qui quidem libri hucusque viros doctos, non solum Schannatum, sed et ipsum Schöpflinum et Lameium, nostras regiones in codices, praesertim traditionum, qui antiquissima de locis earundem et personis post occupationem Germanorum testimonia produnt, multum et diligenter perscrutatos, omnino latuere et nunc demum in nostras manus devenere. Hoc quomodo sit factum, primum omnium narrandum, priusquam cetera, de his codicibus, tam de traditionum codice, quam possessionum, eorum aetate, de aliis cum eis repertis libris, de monasterii origine et incrementis quaedam ex illis hausta, et de hac nostra editione exponam.

Anno praeterito inter iudices Bipontinos vir honestissimus Aemilius Cotta obtulit atque Biponto Spiram transmisit codices aliquos manuscriptos Weifsenburgenses societati nostrae historicae palatinae pretio emendos, quod nobis ipsis placuerit. Invitor, ut libros transmissos una inspiciam atque de illis sententiam promam. Utinam inter eos et codex traditionum antiquae abbatiae, quod quidem post tot antecedentium labores nonnisi paucula et exigua nobis posterioribus relinquentes vix foret sperandum, exstaret! iam in via optatum mox magno cum gaudio nostro expletum videmus, cum unus inter

eos, inscriptus in tergo: liber donationum, primo statim intuitu seculi noni scripturam offert. Adsunt et duo alii membranacei, de quibus mox plura, cum uno chartaceo libro, omnes de rebus possessionibusque Weifsenburgensium monachorum. Quibusnam fatis libri isti Bipontum sint allati, quibus in locis tam diu potuerint historicos latere, quaerent viri docti et nos sedulo investigavimus, sed nonnisi paucula haecce extricare potuimus. Invenit inter schedas patris sui defuncti vir supra laudatus Cotta, de fatis codicum quae sciret rogatus, foliolum, in quo ille epistolae, ut videtur, inserenda ante concipiens viro alicui docto et rerum antiquarum investigatori (nomen non additur) hos eosdem codices enumerat atque unde eos nactus sit haec praemittit: „Mense Ianuario a. 1814 inveni Augustae Vindelicorum apud cauponem librorum (Büchertrödler) libros quatuor manuscriptos, quibus inde ab anno 1826, quo bibliothecam meam Augusta Trippstadium (Lutram inter et Bipontum) potui transferre, quotidie occupor et instruor.“ Plura nescimus, quibus fatis aut quo tempore Wizenburgo aut forsan et Spira vel Argentorato Augustam sint transvecti, et unde evenerit, ut viros doctos praesertim Schöpflinum, cui codex noster traditionum multa et antiqua pro Alsatia sua illustrata et diplomatica suppeditasset, atque Lameium Mannhemiensem fugere potuerint; num post eos, an iam antea, quod vero similius, trans Rhenum ablati fuerint. Adiit enim Schöpflinus tabularium Weifsenburgense laudatque prae omnibus episcopi Spirensis in aperiendis suis thesauris diplomaticis liberalitatem in praefatione sua in Als. diplom. I, anno post eius obitum 1772 a Lameio edita, et mox anno 1773 in descriptione sua pagi Spirensis in Comment. acad. palat. III, p. 229 Spirensium humanitatem eandem extollit idem Lameius. Et uterque ne minimum quidem de illis. Nos ergo manserunt codices boni, ut Spirae prodirent in lucem, cuius ecclesiae monasterium suum, quam diu floruit et exstitit, aut subditum erat aut iunctum.

Sunt autem hi codices nostri Weifsenburgenses, paullulum accuratius inspecti, sequentes:

I. Antiquissimus primo, codex traditionum, in tergo inscriptus: liber donationum, bene conservatus, membranaceus, forma quadrata maiori, foliis 86 constans, exaratus ut existimo circa annum 870 uno eodemque tempore a pluribus monachis Wizenburgensibus. Sunt enim singulae, hinc inde et binae aut ternae sese subsequentes plagulae seu fasciculi, quos quaterniones dicunt, 8 foliis constantes, a diversis manibus, ut primo statim intuitu patet, scriptae;

per totum autem opus manus una eademque, elegantior et firmior ceteris, quae et indicem de pago Alisatensi praemisit, pluribus in locis inscriptiones chartis rubro scriptas addidit, e. gr. per totum secundum quaternionem, in medio libro n. 199. 207. et in fine a n. 268 usque 271. Ab hac manu ceterae in inscriptionibus, plerumque eaedem quae in textu, facile possunt discerni. Est et altera aeque fere pulchra, quae hinc inde rubricas indidit, e. gr. n. 140. saepius vero in margine superiore quaternionis aut incipientis aut finientis pagum suprascripsit, ut finienti primo fasciculo: alſacinſe, incipienti secundo: De pago alſacinſe, eidemque et exeunti bis: De pago alſacinſe, quinto incipienti: de alſacinſe. Haec eadem manus, cum antedicta elegantior ceteris, in fine quaternionis secundi post chartam n. 48 a manu per totum eundem fasciculum currente non expletam sequitur in duabus chartis 49 et 50, quarum prior data anno 858 in indice praemisso est notata, non autem posterior n. 50, quae post indicem confectum fuerit adiecta, certe ab eadem manu alio tempore scripta, ut iam atramentum pallidius indicat. Est et in fine postremi quaternionis addita charta n. 272, novissima totius codicis, data anno vigesimo octavo regni Ludowici „in parte orientalis frantiae", a. 861, si ut in dipl. Ludovicianis initium regni eius ab a. 833 ducitur, si autem anni numerantur ab obitu patris Ludovici Pii, saltem scripta a. 868, donatio forsan eo tempore, quo conscribebatur codex, facta atque statim adiecta. Inter annos 860 et 870 ergo, sub abbate Grimoldo, eodem tempore, quo Wizenburgi floruit Otfridus (cuius et duae insunt chartae, una sine anno n. 165, altera d. a. 851, bis descripta n. 204 et 254), colligere licet, collatam esse in unum et a pluribus monachis conscriptam hanc diplomatum congeriem.

Huic aetati et congrua est tam literarum forma et ductus quam orthographiae ratio et declinationis nominum deutiscorum. Vix enim retentae essent a scriptoribus recentioribus antiquiora in formas sui temporis mutantibus illae antiquae formae nominum numeri pluralis, *-as* nominativi, *-um*, *-om* dativi, ut in *niufaras, alongas, uuincingas, buatgisingas, erpaldingas, raningas, nithingas, cuttingas, bochildingas, uualaum, uualohom, ediningom, gisoluingom* etc. Neque minus antiquitatem redolet literae gutturalis h scriptio per ch, atque h ante vocalem incipientem antepositio, quae ut in Taciti *Chatti, Cherusci* pro uno, *Herminones, Hermunduri* pro altero, in Ptolemaei *Χαρούδες, Βατνοχαῖμαι*, Gregorii Turonensis *Chlodeveus, Childericus*, passim inveniuntur in nostro ut in *chrodilo, chruadarad, childia, suabchilda,*

gotchildia, *sigicharius*, *theotcharius*, *charilindis*, *didineschaim*, *fraineschaim*, *harieschaim* etc., id quibus ch est h, aut in *huluinesheim*, *hufgauue*, *hisca*, *himicho*, *hodolbertus*, *huodalrih* etc., in quibus h vocali praemittitur.

In describendis chartis, quarum quinque antiquissimae, et si addimus n. 39, sex, e postremis seculi septimi lustris sunt, post quas et continua pergit series, ita ut codex noster chartarum antiquiorum numero codicem traditionum non solum Fuldensem et Laureshamensem, sed etiam Frisingensem et S. Galli antecedat, in his chartis describendis in hunc unum librum monachi ordinem nullum secuti sunt, nisi ut traditiones e pago Alisatiensi in unam partem, cui etiam soli index praemissus est, et in quam traditiones quoque e pagis Spirensi et Wormatiensi insertae inveniuntur, in alteram minorem chartas e pago Saravensi congererent, tam parum vero circumspecte, ut una eademque charta interdum bis, una adeo ter in variis locis reperiatur. Manus autem codicis particulas aliquantum maiores scribentes discerni possunt hae septem. Manum A quaternionis primi (n. 1—34) sequitur B (n. 35—48) per secundum (exceptis chartis tribus 49. 50. 51 in fine adscriptis), quamvis coaeva tamen multum diversa, et C per fasciculum tertium et quartum cum primo folio fasciculi quinti (n. 52—105), cum quo redit manus A per eundem fasciculum quintum et deinceps per sextum (n. 106—170). Quaternionem septimum (incipientem a num. 171) obtinet manus D per septem chartas, quarum extremam ab eadem non absolutam manus praecedens A ad finem perduxit, atque manus E (a n. 178) per reliquam partem (usque ad n. 191); utraque suis superindidit inscriptionem in margine superiore, illa in fronte: DE PAGO ALISACINSAE, haec ubi incipit, fol. 51: de pago alifacinfe, atque ubi desiit in pagina extrema suprascripsit iterum: De pago alifacinfae, et infrascripsit, ut videtur, nomen suum: NIPbO, quod et in fine chartae 181: ENipbo (Ego Nipbo). Partem posteriorem et minorem de pago Saravensi (quae est tertia totius codicis) manus F scripsit per quaterniones 8., 9. et ineuntem 10. (n. 192—240) exceptis minoribus particulis et paginis duabus (69 c. d. et 70 a. b.), scriptis a manu E, ubi in margine inferiore eadem manus F, quasi ut sibi vindicaret negotium, magnis literis, ut videtur nomen suum, apposuit: BERN SCRIPSIT. Pergit per fasciculum decimum (incipiens in fine n. 240 post verba: *quilibet oposita persona*) et per extremum, qui est dimidius, ad finem usque manus G, imperitissima et negligentissima omnium. In fine codicis

adiectae sunt chartae n. 272—274; 272 a manu coaetanea, reliquae duae a recentiore sec. 11, ut iam ex orthographia patet, et eadem, quae in extrema pagina indicem abbatum ad Folmarum (†1043) usque addidit.

A tot manibus ergo, ab omni forsan scribarum collegio Wizenburgensi, cum noster codex exaratus sit, neque dubium esse possit, eum in monasterio Wizenburgensi ipso esse conscriptum (superscribit etiam manus sec. 11 indici suo abbatum in postrema pagina: Nomina abbatum *istius loci*), in mentem venit has scripturae formas conferre cum illa codicis Otfridiani Heidelbergensis, quam equidem unam per totum librum inveni, non ut Graffius putat in praefatione editionis suae Otfridi, diversam a variis manibus, et ita inquirere, num hic Heidelbergensis codex, cuius origo nescitur, tamen antiquus et coaevus Otfrido, ut et noster codex traditionum, ab una e manibus huius nostri codicis, ergo Wizenburgi, conscriptus esse possit. Mire autem deprehendi congruentem manum codicis Heidelb. cum nostra C, praesertim ubi haec literas in maius extollit, ut in fol. 16 et 18 a. b. et in inscriptionibus, ita ut affirmari posse videretur, codicem Otfridi palatinum Wizenburgo et ex ipso fonte prodiisse.

An inter enumeratas codicis traditionum manus Otfridi ipsius esse possit, quaeret forsan linguae deutiscae antiquioris et Otfridianae studiosus. Habeo nec affirmare, nostram C, gravis et amplae formae, manum Otfridi, codicem ergo Heidelbergensem eiusdem autographum esse posse, nec negare. Id solum praeterire nequeo, manum G, chartas suas male et somnolente describentem, nusquam esse correctam nisi in sola charta 254, quae est ab Otfrido composita, in pluribus locis a manu certe coaetanea, sed nusquam alibi in codice comparente, quae et ad verba chartae: *se in coniugium non sotiat*, haec in margine addit: In ea uero ratione ut ille qui hanc rem prefatam tunc tenet. annis singulis persoluat sol. II. ad scm. petrum iam dictum monast. uuizenb. at festiuitat. sci. martini. Num Otfridus ipse haec sua ab alio male tractata correxerit?

II. Ab hoc codice traditionum disiungi nequit codex secundus noster, illi et antiquitate et rebus quas enarrat proximus et affinis, membranaceus, in folio, bene item conservatus, foliis 63 constans, ab una eademque manu seculo decimo tertio exeunte exaratus. Est enim polyptychon, ut dicunt, seu registrum bonorum et redituum monasterii Wizenburgensis, quod componi iussit, ut in praefatione asseritur, Edelinus abbas, cuius in chartis codicum nostrorum primam invenio mentionem ad annos 1264 et 1265 (lib. feud. p. 112

et cod. privil. p. 53, P. *319 et Append. n. 7. huius editionis), postremam ad a. 1288 (lib. feud. p. 114. 115: P. *324). Annos XXX regiminis notat index, qui fuerint 1263—1293 circiter; idemque affirmat atque ab a. 1262—1293 monasterio summa cum laude praefuisse, tamque oppidum Wizenburgense, quam monasterium ipsum aedificiis vallisque ornasse et communivisse Edelinum, narrat auctor anonymus seriei abbatum Weiſsenburgensium apud Schannat. Vindem. lit. I, p. 12. Scriptum autem esse hunc librum nostrum circa a. 1280—1284, probant n. 315, in quo privilegium Rudolphi regis d. a. 1282, et notata ab eadem adhuc manu in fine adiecta. Ibi in duobus postremis foliis de consecratione quatuor altarium ecclesiae Wizenburgensis sermo in quatuor rubricis. Enumerantur reliquiae in quovis reconditae et quater praemittitur, altare consecratum esse: Anno domini M.CC.LXXX.IIII. pridie Nonas Junii a Friderico epo. ſpirenſi ad peticionem domini Edellini abbatis. (Vide Append. n. 11.) Post haec quae amplius sequuntur, addita sunt a manibus recentioribus. Annotatas esse possessiones in hoc codice secundum documenta antiquiora, iam annuit praefatio, esse eas enumeratas „de uerbo ad uerbum prout in priuilegiis et in libro poſſeſſionum noſtri monaſterii ſunt conſcripte"; et praeter quaedam, quae ex ipsa Edelini aetate esse videntur, ut n. 106—109, maiorem partem harum notationum haustam esse ex antiquioribus libris, patet tam ex annis et datis, quae occurrunt, nec post magnum temporis intervallum incipiunt, quam finierat antiquior codex, aliisque indiciis chronologicis (quae videsis in indice chronologico), quam ex antiquioribus personarum nominibus, quae habentur n. 2. 28. 58. 60. 216—225, atque scriptionibus, quae aetati codicis non conveniunt, sed ex antiquioribus chartis nonnunquam retentae et ad literas transscriptae sunt, ut in *altheimero marcu* n. 123, *uuizunb.* n. 143, *unkunstein* n. 36. 103, *colugunstein* n. 187. 223. Scribam codicis diligenter suo negotio esse functum, adducor, quod charta traditionis sub Heinrico rege (I.) factae a manu antiquiore et in codice traditionum extremo loco (post trad. n. 274) adscripta in hoc Edeliniano sub n. 305 accuratissime invenitur reddita. Multa antiqua Wizenburgensia periisse ex tot locorum nominibus huius libri, quorum donationum chartae nusquam exstant, facile colliges. Codex noster traditionum solas regiones cisrhenanas, pagos scilicet Alsatiensem, Spirensem, Wormatiensem, Saroensem, Salinensem comprehendit; sed liber Edelinianus non solum easdem peragrat, sed et ultra Rhenum progreditur usque ad Nicrum, adeoque de tractu quodam inter Danubium superiorem et Ilaram (n. 254—259) exponit.

Codicum horum prior, codex traditionum, signatus est in tegmine a manu recenti, ut videtur francogallica seculi praecedentis: *Invent. N.* 404; et hic Edelini ab eadem manu: *Invent. N.* 405. Sequentes duo codices nostri (codex privilegiorum et liber feudorum) exhibent: *Invent. N.* 407 et 408. Desideratur N. 406. Inscripsit et fronti codicis Edeliniani manus alia: *No. Imo Salbuch, continens privilegia antiqua.* Fuerit ergo qui sequebatur codex et desideratur in hac serie, *No. II. Salbuch*, et recentius polyptychon? sed forsan et chartarium et traditiones antiquas continens?

Fit saltem mentio codicis traditionum abbatiae Wizenburgensis apud Bodmannum in libro: Rheingauische Alterthümer, Mainz 1819, p. 116, ubi inter villas Rhingavenses sermo de Asmanshausen (Hasemanshusen): „Wenn ich dem *noch ungedr. vortrefflichen Traditionsverzeichnisse der Abtey Weissenburg* aus dem VIII.—XII. Jahrh. folge, so müſste ich, wenn anderst unter *Huson in pago Rininse* unser Asmanshausen zu verstehen ist, diesem Orte schon ein gar hohes Alter anweisen; denn gerade vor der Stelle, die ich unten mittheile, erscheint eine von Karl dem Gr. dieser Abtey geschehene Schankung, und die nachfolgenden sind von Ludwig (ohne Beynamen).“ a) Ubi viderit, nec hic prodit, nec in alio loco, p. 733 (not. d): „Vergleiche ich dieses ökonomische Staatsgesetz (das Kapitulare de villis) kritisch mit den ältesten *Fiskalbreviarien*, zumahl jenem noch ungedr. der Abtey *S. Maximin* bei Trier, und jenem noch ältern von *Weissenburg*, so zeigen sich die Spuren der glücklichen Nachahmung handgreiflich.“ Codex hic laudatus a Bodmanno num exstiterit, an adhuc exsistat, et ubinam, cum difficile sit, dubitare de dictorum ingenuitate, quanquam et multa narrentur, quae eius fidem labefactare possint, inquirere nil intermisi. Multis certe rebus, locis, personis generibusque

---

a) Addita est a Bodmanno in notis traditio, quae in nostris codd. non invenitur, haecce: „Ego Huonfried in dei nomine dono in elimosinam ad scum. Petrum seu uero ad eius ecclam. quae est constructa in Wizanburch et fratribus in regulari ordine deo inibi famulantibus iurnales III. vinear. in uilla que nuncupatur Huson in pago Rininse. et mancipia II. ad perpetuo possidendum. Insuper in pago Logenahe bifangum vnum in loco. qui dicitur Hegira. et quicquid proprietatis habere uisus sum ibidem in Hettingero marca. uidelicet in mansis. huobis. agris. campis. etc. S. Adalfrides. S. Gunzo. etc. Ego in dei nomine Ortlibes presbr. et monachus scripsi.“

regionum medii Rheni lux historiae affulsisset, si ut asseritur res et inventa esset et continua traditionum Wizenburgensium series a seculo 7. ad 12. usque prodi potuisset. Sed nil hucusque de illo codice compertum, nec a me ipso Argentorati, Carlisruhae, Wizenburgi, Maguntiae, Francofurti, nec literis datis Aschafaburgum et Monachium, quo delatae et extraditae chartae et codices quondam Maguntiacenses, adeoque Parisios, ubi Bodmannus anno 1801 chartas S. Maximinianas inter alias exscripsit. Hasius ibi, vir humanitate aeque ac vario doctrinae genere praecellens, bibliothecas Parisienses et tabularia perscrutatus, nullum huiusmodi codicis vestigium inventum esse retulit.

III. Codex tertius, membranaceus, 4. mai., diplomata varii generis, regum et imperatorum, quae praebent privilegia et confirmant, bullas et pacta comprehendens (*cod. privilegiorum* inde nobis) inscriptus a manu recenti tam in primo folio quam in tegmine: „Corpus aller Confirmationen der dem Stift Weifsenburg von Kaisern und Königen gegebenen Privilegien und Regalien, sodann ingleichen von den Päpsten, wie auch aller Handverträge zwischen dem Stift, der Stadt und andern Personen.“ Eius institutum et aetatem ex ipso cognoscas. Praecedit collectioni toti praefatio incipiens in haec verba: „Uniuerfis et fingulis praefentes cartas feu praefens publicum inftrumentum vel documentum tranffumptum tranffcriptum feu vidimus vulgariter nuncupatum infpecturis vifuris feu etiam audituris Laurentius Hell in decretis licentiatus, Decanus ecclefie collegiate fancti petri junioris argentinenfis, judex et conferuator jurium et priuilegiorum rerum et bonorum venerandorum et religioforum patris ac dominorum abbatis et conuentus atque perfonarum monafterii fanctorum Petri et Pauli aplorum. Wiffemburgen., ordinis fancti Benedicti, Spiren. dioec., fpecialiter ad infrafcripta deputatus falutem et votum felicitatis.“ Adduntur in fine codicis p. 122. 123 sequentia: „Quibusquidem tam *fundationis regalibus imperialibus confirmationum cartis quam et bullis ac cartis apostolicis et aliis* coram nobis diuerfimode ut premittitur productis et fucceffiue exhibitis et per nos receptis perlectis et diligenter vifis et aufcultatis nos Laurentius Decanus et conferuator praefatus .... pro parte antedictorum dominorum abbatis et conuentus ac eorundem ad inftantiam et requifitionem per noftrum et huius negotii notarium publicum atque fcribam infrafcriptum (Joh. Caftmeifter de opido Mafsmunfter cncs. Bafilien. dioec.) tranffumi et exemplari et in hanc publicam formam redigi mandauimus et fecimus volente et auctoritate apoftolica prefcripta decernente quod huic tranffumpto publico in judicio et extra judicium

ac ubicumque locorum detur adhibeatur de cetero talis et tanta fides qualis et quanta ipsis cartis originalibus. .. In cuius rei testimonium presentes cartas transsumptas siue presens publicum instrumentum seu registrum in *sexaginta duobus foliis* conscriptum exinde fieri et per dictum nostrum notarium ac scribam subscriptum subscribi ac sigillo nostro quo in talibus utimur jussimus et fecimus per huiusmodi folia appensionis communiri. Datum et actum *Argentine* in curia nostre solite residentie hora prima post meridiem nobis inibi ad jura reddenda et causas audiendas pro tribuno sedentibus sub anno a natiuitate domini *millesimo quadringentesimo nonagesimo primo*, indictione nona, die vero veneris undecima mensis martii, Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Innocentii pape octaui anno eius septimo presentibus ibidem venerabili et egregio viro magistro Johanne Fuchss medicine doctore et honesto Johanne Reymbolt familiari nostro testibus ad premissa vocatis pariter atque rogatis."

IV. Recentissimus omnium et chartaceus codex in folio, 117 foliis constans, inscriptus: *Liber feudorum* monasterii Weissenburg, tam chartas has res tractantes continet, quam feudorum recensiones et indices, maximam partem e temporibus recentioribus abbatiae. Antiquiora et usque ad tempora Edelini abbatis pertingentia huic nostrae editioni in supplementis inserta sunt. Duas partes continet codex, priorem synopticam, feodorum nomina enarrantem et dominorum, a quibus habentur (a. p. 1 usque 39), posteriorem partem quasi diplomaticam, chartas de hisce feudis, sed sine certo ordine exhibentem. Exemplum prodam. In parte priore (p. 2) notantur sub titulo: Baden.

„Erstlich Gretzingen, burg und dorf, mit aller zugehörung. Item den zehenden zu Durlach mit allem nutzen. Item Cuppenheim die statt und Oberndorf mit aller zugehorunge. Item Elchisheim mit dem danne der darzu gehoret. Item Auwe das dorf und den kirichensatz. Item Mersch das dorf und was darzu gehoret. Item Seldingen das dorf und den kirichensatz. Item beede Mensheim das under und das ober und den kirichensatz und was darzu gehoret. Item den kirichensatz, das dorf und die manlehen zu dem alten Rossewag. Item Clingenberg die burg, das dorf und den kirichensatz. Item Remichingen die burg und was darzu gehöret. Item den kirichensatz zu Freidenstein. die burg und was darzu gehört. Item was sie zu Wirmensheim haben."

Inveniuntur in parte posteriore (p. 50—59) chartae marchionum Badensium, in quibus eadem feuda a monasterio se recepisse profitentur, charta Hermanni marchionis d. a. 1339 (p. 54. 55), Rudolphi marchionis a. 1361 (p. 52. 53), Bernharti marchionis a. 1388 (p. 51. 52), germanice scriptae. Intersunt et duae Friderici marchionis (latine) d. a. 1318, una, „cui sigilla clarissimi nri. patrui Rudolphi marchionis de Baden senioris, nrum. et Agnetis coniuge nre. sunt appensa" de „oppido dicto Kuppenheim cum villa dicta Oberndorf", quae offert marchio abbati et „suscipit in feudum loco et vice ac nomine bonorum villae Malsch", quae vendidit marchio monachis Albensibus (Schöpflini Hist. Zaringo-Bad. V, 362 sqq.); altera, qua profitetur idem marchio, se in lite „cum fratribus ordinis Sti. Johannis Jerlm. super villa Gretzingen" non initurum concordiam absque abbatis et conventus consensu et quod liberi debeant esse „ab omni theolonio" homines sancti Petri in territorio suo. Prima harum Badensium chartarum est eadem, quae melius in nostra editione P. *328, sed adduntur quaedam in fine: „Item vasallos quos Wernherus et Heinricus de Rossebag a predicto monasterio habuerunt. Item feuda, quae emit a dno. Rudolfo de Rossebag. Item duo molendina in Ettelingen. haec bona recognouit ipse dnus. Marchio Hermannus in feudum a monasterio predicto se habere, promittens, si plura feuda perciperet, quod ea vellet abbati pro tempore existenti intimare". Postrema est charta Hermanni sine dato haec:

„Herre von Wiſſenburg, diſs ſint die Lehen, daran man euch und dem Stiſte unrecht thut, das kunde ich Marggraue Herman von Baden, euch und dem Stiſte, und ſage es euch uff mynen eyt, das iſt Mentzheim dy burg dy was Dyboltz von Bernhuſen und Freudenſtein, das Burgſtall, der Kirchenſatz und was darzu höret. daran thun die von Awe und die von Mulenbue dem Stiſte und mit (mir?) unrecht. Knudtlichen das dorf, das alte Burgſtall zu Bretheim, daran dunt die von Mulenbue der Stiſt unrecht. Herre wiſſent auch, das ich ſider in eruarung kam, d. berg zu Afſperg und die herſchaſte das d. von Wirterberg (sic) kauſt hat, daran thut er dem Stiſte unrecht, wan es Lehen von euch iſt. Herre wiſſent auch, das here Eberhard von Mentzham Lehen von mir und dem Stiſte hat, daran er uch und mir unrechte dut."

Sequuntur Liningenses chartae de feudis a monasterio collatis in vicis „Grindestat, Afselenheim, Kirchheim et Sufenheim."

Album castrum itaque, lingua deutisca antiquiore **Wizunburg**, ut manus B et C codicis traditionum semper scribunt, **Wizenburg** ceterae eiusdem et manus codicis Edelini, **Wifzenburg**, **Wifsenburg** chartae posteriores, **Weifsenburg** modernis dictum (nomen idem significans quod Slavorum *Belgrad*, *Griechisch-Weissenburg*, ut discernatur a *Stuhl-Weissenburg* Ungrorum, *Weissenburg im Nordgau*, et hoc nostro *Kronweissenburg*), *Leucopolis*, ut interdum et graece verterunt, codices hosce produxit, monasterium regionum nostrarum cis Rhenum antiquissimis adnumerandum, in amoena valle Lutrae e montibus Vosagi exeuntis situm et muris olim circumductis propria sibi regione separatum in superiore parte oppidi eiusdem nominis, quod *castrum Wizenburg* nominatur in traditione n. 152 ad annum 828, „stat zu Wifsenburg in elfas" designatur in duabus chartis a. 1442 datis, in cod. privil. p. 69. 70, finium perturbatione posteriorum temporum, cum advocatia Alsatica proferretur Landaviam usque (Schöpflini Als. illustr. I, p. 6). Centies traditiones nostrae affirmant situm in pago Spirensi, qui fuit pagus Francorum cisrhenensium in meridie extremus, regionem Alamannorum cisrhenensium, Alsatiam dictam, tangens circa fluvium Suram (cf. librum meum: die Deutschen p. 324. 346); hodieque inveni in itinere in iisdem Surae regionibus conterminam dialectum populi, Weifsenburgi eandem quae Spirae et Wormatiae est, francicam, et sursum Sulciae (Sulz sous forêt) primum et Suraburgi ad Suram eam, quae in superioribus regionibus circa Hagenoviam et Argentoratum sequitur, alsaticam. In terra ergo Francorum post Alamannos Alsatienses circa Rhenum habitantium situm erat monasterium, iam inde a primordiis suis per tempora sua florentissima, cum S. Benedicti regulam sequeretur, dioecesi Spirensi subditum, cumque esset anno 1524 seculare factum, inde ab a. 1545 praepositura plane cum episcopatu Spirensi unita, magis magisque rebus Spirensibus implicitum, donec cum hac ecclesia matre sua turbinibus francogallicis est deletum.

Nondum constat hucusque, quo anno coeperit monasterium hoc celebre, „ubi turba plurima monachorum, qui ibidem adunati sunt," trad. n. 9; „cum turma plurima monachorum" trad. n. 193; „quibus talem libertatem auctoritate noftra concedimus, qualem fuldenfe monafterium vel augienfe feu prummienfe videntur habere." Otto imp. in dipl. a. 974 (cod. privil. p. 14); „monafterium ad Romanam ecclefiam Romanumque imperium nullo medio pertinens." Edelinus in praef. libri possess. Profertur quidem diploma, quo Dagobertus I. rex Francorum

anno regni sui vicesimo tertio dicitur fundasse ecclesiam Weifsenburgensem, saepius impressum, in Schöpflini Alsatia dipl. I, n. 20 e vetere membrana Weifsenb., novissime in Mon. Boic. XXXI, n. 1 e codice archivi Spirensis, in quo privilegia Weifsenburgensia conscripta Eberhardo episcopo Spirensi et praeposito Weifsenburgensi ab imperatore Rudolpho II. a. 1582 confirmantur (*cod. Spir.* nobis). Sed ob perturbatam chronologiam (nonnisi per 16 annos regnavit Dagobertus) aliaque iam Schöpflinus et Grandiderius adulterinum affirmarunt. Extat idem diploma et in nostro codice privilegiorum (III.) saepius, tam separatim (p. 10), quam transsumtum in diplomata confirmantia imperatorum, primo in diploma Alberti imp. d. a. 1303 (quod vide in Append. n. 6), quem supplicavit Egidius abbas, „ut priuilegium inclite recordationis Dagoberti regis francorum ... innouare et confirmare dignaretur“ (p. 21), dein in dipl. Heinrici VII. d. a. 1311 (p. 26), Caroli IV. d. a. 1356 (p. 30). Habetur iam in eo circumscriptio emunitatis Wizenburgensis; est ergo idem diploma, quod designatur in libello Edeliniano circa a. 1280, in principio: „Monasterio ſancti Petri attinet tota emunitas Wizenburgenſis cum villis etc. prout hec in *priuilegio domini Dagoberti* regis expreſſius continentur. *Termini quoque eiusdem emunitatis scripti sunt in priuilegio memorato,*“ et Dagobertum I. idem liber diserte habet in praef.: „poſſeſſiones que a reuerende memorie *primo et inclito Dagoberto* rege Francorum noſtri monaſterii fundatore ... noſtro monaſterio ſunt collate.“ Primam autem mentionem invenio Dagoberti fundatoris factam in diplomate Heinrici IV. d. a. 1102, dein in charta Heinrici V. d. a. 1111 transsumta in Albertianam anni 1303 atque in bulla Alexandri III. papae d. a. 1179 (quas videsis in Append. n. 4. 5. 6). In antiquioribus chartis nihil de Dagoberto, sed „ipſam marcam *Pippinus quondam imperator* utilitati et ſeruitio eorum ſub emunitatis firmatione contradidit et poſtea Ludewicus aliique anteceſſores noſtri reges ſua auctoritate firmauerunt“ (diplom. Otton. II. d. a. 967, cod. priv. p. 13); et in sequentibus eadem, quae est in charta Dagobertiana, limitum et emunitatis circumscriptio, quae in his ergo tribuitur Pippino imperatori, qui nullus fuit. Deinceps eadem et in chartis confirmationum Ottonis III. d. a. 993 (cod. priv. p. 15), Heinrici II. a. 1003 (p. 16), Conradi II. a. 1030 (p. 17), Heinrici III. a. 1040 (p. 18. 19), Heinrici IV. a. 1067 (p. 19. 20; prima supra memorata Ottonis II., et haec Heinrici IV. in Appendice n. 1. 3); iisdem semper verbis, quae proferunt Pippinum imperatorem. Sequitur vaga esse, neque verae inniti historiae nec

haec nec illa, et inter monachos ipsos Weifsenburgenses iam seculo decimo nil certi amplius constitisse de origine sua.

Restat redire ad diplomata antiquissima ipsa codicis nostri traditionum. Invenimus Ratfridum abbatum Wizenburgensium primum continua chartarum serie ab a. 693 circiter, certe 695 usque ad 724. Ab illis antiquissimis chartis datis circa 693 et anno 695 non interrumpitur deinceps series coepta maioribus annorum intervallis. Hanc ob causam et cum plures chartae insint datae sub Dagoberto III. rege Ratfridoque abbate etiam chartam Dagobertianam (n. *278 huius editionis), qua Ratfrido abbate Balnea transrhenana (Baden-Baden) donantur monasterio, referemus ad Dagobertum III., in annum 712, nec tribuemus Dagoberto II., anno 675 cum Schöpflino (in Als. dipl. I, n. 3), et Mon. Boic. (XXXI, n. 2), quod ab his factum videtur ob id solum, quod Dagobertus monasterium fundasse dictitabatur. De Dagoberto autem fundatore, ut demonstratum, omnino nil certum, nec colliget quisquam certi aliquid inde, quod Dagoberti II. filia Irmina, quae obiit circa 706 Treviris, in monasterio sepulta iacebat, ut invenimus in notatis de reliquiis (Append. n. 12), in splendido mausoleo (Eisengrein Chron. Spir. ad a. 623); non invenio de translatione corporis, quae forsan posteriore tempore, quo credebatur Dagobertus fundator, facta, aut si antiquiore, protulit opinionem. Sed scimus en e nostro codice ipsum constructorem monasterii, e charta n. 203, Dragobodum episcopum Spirensem. Donat in hac charta data „fexta kl. mart. anno VI. regno domno hildiberto gloriofo rege“, a. 700, in cuius fronte non abbatis, ut alias, sed episcopi Dragobodi nomen (ut et in quibusdam antiquioribus Fuldensibus nomina archiepiscoporum Moguntinorum, Bonifacii et Lullonis), Bonifacius quidam portionem in villa Gairoaldi, quae filii morte ei luctuosa haereditate obvenerat, molamque ad eandem portionem spectantem „ad monafterio domno petro. uuizenburgo que (i. e. quem, ut ante *molinu* pro *molinum*) ipse pon(ti)fex. contruxfit“ i. e. *ad monasterium domini* (sancti) *Petri Wizenburgi, quod* (saepius monasterius in chartis masculine, vernacule monasteri, der Münster) *ipse pontifex* (episcopus) *construxit*. Dragobodus episcopus non est alius quam Spirensis, „ecclesie domne Marie vel domni Stephani Nimetensis ecclesie, ubi apostolicus pater noster *Dragobodus episcopus* esse dinoscitur“ in charta Childerici II., qui regnavit 660—674 (Kremer Gesch. des rhein. Franziens p. 401. Acta acad. palat. VII, p. 182). In nostra charta Bonifacius est donator, Chrodoharius primus inter testes, et

in eodem privilegio Childerici ecclesiae Spirensi praestito fit et mentio Bonifacii ducis, Chrotharii episcopi, qui ergo iidem in nostra charta? Sed Bonifacium Alsatiae ducem anno 666 obiisse, Chrodharium episcopatui Argentoratensi circa 660 praefuisse, habetur apud Schöpflinum in Als. illustr. I, p. 754. Obstant et alia, quod nec ducis nec episcopi dignitas in nostra adiecta, quod eadem non est inter Alsatienses, sed Saravenses, et eodem Childiberti Dagobertique tempore in iisdem regionibus Saravensibus invenitur Bonifacii nomen, nec rarum et viri nomen Chrodharii, Ruadhari, Ruodharii in nostro codice. Dragobodum episcopatui suo praefuisse ab a. 660—688 asserit Loebel (in commentat. de primis episc. Spir., Act. pal. VII, 169 sqq.) et affirmat eidem successisse, quod privilegium Childerici, teste diplomate imperiali, confirmatum sit a Chlodoveo III. et Dagoberto III., eodem adhuc seculo exeunte alium episcopum (Attonem). Quod si statuendum, habebimus Dragobodum hoc tempore extremos vitae suae annos in monasterio suo Wizenburgensi degentem, quod nuper ipse aedificaverat. Nam certe, ut et traditiones Fuldenses et Laureshamenses paucis annis post, quam hae monasteria fundata et exstructa erant, incipiunt et continuo ordine pergunt, ita et monasterii Wizenburgensis initium non multum ante annos, quibus chartarum Wizenburgensium ordo incipit, ponendum, fuitque annus fundationis nec 623 (ut adhuc in Mon. B. XXXI, n. 1), nec 674 (ut Schöpflinus maluit), sed inter annos circiter 685—690.

In charta antiquissima e tempore Chlodovei III. (n. 38) tradunt monasterio fratres Managoldus et Hildifridus, qui infra se dicit monachum, cum Waldswindi, ut videtur matre, post obitum patris et avunculi res e proximis regionibus, in Gerlaicowilare ad Suram et Bolinchaim (Billigheim), quia abbas iuvenes et orphanos recepit in monasterium, et in his primordiis „sustinuit de elemosina christianorum“. Eiusdem aetatis videtur et donatio sequens (n. 39), qua Theodolinus donat quaedam, quia abbas eum inter claustra monasterii recepit; inter paucos testes Adalgisus, cuius nomen et inter testes antecedentis.

Haec de primordiis monasterii. Securiores et ampliores de subsequentibus temporibus abbatibusque chartae; primus in eis, ut dictum, abbas Wizenburgensis occurrit

Ratfridus per longam chartarum seriem ab a. 693 circiter et a. 695 usque ad a. 724. Noscunt chartae nec Principium (qui fuit episcopus Spirensis, Dragobodi antecessor, annis circ. 630—660) nec Charialdum indicum, qui infra mox proferentur, abbatum. Sequuntur ad fidem traditionum (notatis numeris annorum primis et recentissimis, qui produntur in chartis)

Chrodoinus abbas, nominatus in una sola charta a. 729;
Erloaldus abbas in chartis a. 730—739;
Wielandus abbas, 739—743;
David episcopus (Spirensis) et abbas, nominatus in chartis inter annos 744—760;
Ermbertus eps. (Wormatiensis) et abbas, 765—792;
Iustolfus eps. (Maguntiacensis? sic index abb.) et abbas, 797—809;
Bernharius eps. (Wormatiensis) et abbas, 811—825;
Gerhohus abbas, 819—826;
Folcwigus eps. (Wormatiensis) et abbas, 828—830;
Otgerus archieps. Magont. et abbas, 840—846;
Grimaldus abbas, 833—861.

Videmus hic Otgerum archiepiscopum Maguntiacensem cum Grimaldo abbate uno eodemque tempore monasterii praesidem, eodem modo et Bernharium episcopum Wormatiensem cum Gerhoho. Quocum conferas, quod in charta 217, a. 783, dicitur: „ad monasterium Wizenburg, ubi domnus *Ermbertus episcopus et Gerbertus abba nos hodie preesse videmus.*" Hic idem autem Gerbertus in charta recentiore n. 208, a. 788, in qua Ermbertus nominatur episcopus et abbas, se decanum dicit in subscriptione. Fuit ergo decanus monasterii vices gerens episcopi vel archiepiscopi abbatis, et in chartis plerumque quidem episcopus, sed et interdum decanus vices gerens abbas appellatur. De Anstramno abbate, in sola charta n. 48 memorato, et Mimoldo in n. 115 nominato, quo tempore vixerint, cum desit in utraque regis et temporis notatio, dici nil potest, nisi quod notarius chartae posterioris Wenilo et in Grimaldi traditionibus occurrat. Uterque forsan vices tenens episcopi abbatis alicuius, ille Iustulfi, hic Folcwigi, post quos et sequuntur in indice abbatum. Ad Grimoldum usque codex traditionum.

Abbatum proxime subsequentium usque ad Edelinum nomina numerosque colligo e codicis Edeliniani catalogo abbatum atque his Annalium Wissemburgensium notatis apud Pertz V, p. 65: A. 981. Adelbertus archiepiscopus Magadaburgensis et abba Wicenburgensis obiit, cui Sandraldus successit. p. 70: a. 989. Gisilharius abbas obiit, cui Gerricus successit. 1001. Gerricus abbaciam reddidit et Sigebodonem elegit. 1002. Sigebodo abbas obiit, cui Liuthardus successit. 1007. Gerricus pius abbas obiit. 1013. Folmarus abbas obiit, cui Arnoldus successit.

Hatto archieps. Mag. abbas nominatus a. 902 (n. *276);

Erkanbertus „III annis“ catalogo, 965—967 (in charta a. 965 cod. Spir. n. 5, Schöpflin. n. 146);

Adalbertus, archieps. Magdeburgens. et abbas „XV annis“, 967—981 (Annal.);

Geilo, in charta confirmationis anni 967 (cod. privil. p. 13; cod. Spir. n. 6), videtur vices gerens Adalberti episcopi;

Sanderadus „V annis“, 981—985 (Ann.);

Gisilharius „V annis“, 985—989 (Cod. Edel. n. 301);

Gerrichus „XIIII annis“, 989—1001 (Ann.; charta confirm. d. a. 993 in cod. privil. p. 15, cod. Spir. n. 8);

Sigibodo „uno anno“, 1002 (Annal.);

Liuthardus „XXX annis“, 1002—1032 (memoratus in chartis imperatorum confirmant. a. 1003 et 1030 in cod. privil. p. 16. 17);

Folmarus „XII annis“, 1032—1043 (Annal. Weissenb.; dipl. confirm. a. 1040 in cod. privil. p. 18);

Arnoldus eps. Spirensis et abbas „XIII annis“, 1043—1056;

Samuel „XLII annis“, 1056—1098 (memoratus a. 1058. 1065. 1068 in P. n. 297. 302. 304, et a. 1067 in charta confirm. cod. privil. p. 19);

Stephanus, nominatus anno 1102 (Append. n. 4);

Meingaudus, a. 1111 et 1113 (Append. n. 6. 13);

Udalricus (exstat traditio a. 1118 Udalrico facta in serie abbatum ap. Schann. Vind. p. 11);

Wernherus;

Ernestus (ind.);

Benedictus „X annis“, circa 1135—1145;

Engilfcalkus „XXIII annis“, 1145—1168 circiter (memoratur a. 1151 in P. n. 309);

Gundelacus „XX annis“, 1167—1187 (nominatur a. 1179 et 1187, Append. n. 5. 6);

Godefridus „VIII annis“, 1187—1195;

Wolframmus „XXVII annis“, 1195—1222;

Cuno „XXVI annis“, 1222—1248 (mem. a. 1236, P. *317);

Cunradus „IIII annis“, 1248—1251;

Fridericus „XI annis“, 1251—1262;

Edelinus „XXX annis“, 1262—1293.

XVIII

Non pergo sed iam supra memoratum codicis Edeliniani catalogum ipsum quam alium codicis antiquioris proferre malo, qui in recentioribus fidem certe merentur, quod iam patet e numeris supra datis concordantibus cum chartis et Annalibus Weifsenb.: non vero in antiquis, in quibus quam sint turbati, intelliges comparando nostrum ordinem et numeros e chartis propositos.

Horum indicum antiquior in pagina postrema codicis traditionum addita est a manu seculi undecimi, eademque quae et chartas n. 273. 274 adiecit, usque ad Folmarum, post quam duae aliae recentiores perrexerunt, hoc modo:

NOMINA ABBATVM ISTIVS LOCI.
Principiuf abb. et poftea fpirenfif epf.
Ratfriduf
Erloalduf
Chrodoinuf
Iuftulfuf abb. et epf. magont.
Aftramnuf
Gerbertuf
Erembertuf abb. et epf. mag.
Dragebodo abb. et epf.
Charialduf
Dauid abb. et epf. fpirenfif
Unielanduf
Grimolduf
Berenharduf abb. et epf. vuorm.
Othgeruf abb. et epf. mag.
Volcoltuf epf.
Gerhoh
Folcmiguf abb. et epf. vuorm.
Mimolduf
Geilo
Gerrihcuf
Erkanbertuf
Adalbertuf abb. et primuf epf. magadeburgenfif ecclefie
Sanderaduf
Gifilhariuf
Gerrichuf
Sigibodo
Liuthartuf
Folmaruf
Arnolduf abb. et epf. fpirenfif fce. ecclefie (*alia manus*)
Samuel abb. (*tertia manus, sec.* 13)
Stephanus.
Meingaudus.
Uodalricus.
Wernherus.
Ernestus.
Benedictus.
Engilfcalcus.
Gundelacus.
Gotdefridus.
Wolframus.
Cuono.
Cuonradus.
Fridericus.
Edelinus.

In fine codicis II. Edeliniani una eademque manus seriem ducit usque ad Wilhelmum III. abbatem exeunte sec. 15, sub quo eadem et scripsisse videtur, et dein recentiores in tempora recentiora, tali modo:

[3]

Nomina Abbatum wiſzenburgen.
Principius eps. et abbas primus
Chrodoinus abbas
Ratfridus abbas
Erloldus abbas
Iuſtulſus eps. et abbas
Aſtrammus abbas
Gerbertus abbas
Erinbertus abbas
Dragebodo abbas
Charialdus abbas
Dauid eps. et abbas
Wielandus abbas
Grimaldus abbas
Bernhertus eps. et abbas
Otgerus eps. et abbas
Volcoldus eps. et abbas
Gerhoh abbas
Folcuuigus eps. et abbas
Mimoldus abbas
Adalhartus abbas
Gerrichus abbas
Ercambertus abbas III annis
Adelbertus eps. et abbas XV annis
Sanderadus eps. et abb. V annis
Giſilharius abbas V annis
Gerrichus abbas XIIII annis
Sigibodo abbas vno anno
Linthardus abbas XXX annis
Volmarus abbas XII annis
Arnoldus eps. et abbas XIII annis
Samuel abbas fundator monaſterii quatuor turrium XLII annis
Stephanus abbas
Meingaudus abbas
Vdalricus abbas
Werenherus abbas
Erneſtus abbas
Benedictus abbas X annis
Engiſcalcus abbas XXIII annis
Gundelacus abbas XX annis
Gothefridus abbas VIII annis
Wolframmus abb. XXVII annis
Cvno abbas XXVI annis
Cunradus abbas IIII annis
Fridericus abbas XI annis
Edelinus abbas XXX annis
Wilhelmus abbas VIII annis
Egidius abbas XI annis
Bartholomeus abbas III annis
Wilhelmus abbas VI annis
Iohannes abbas XVI annis
Eberhardus abbas XLIIII annis
Hugo abbas XX annis
Iohannes de veldenze abb. XXXIIII annis
Philippus abbas XXXII annis
Iacobus de brug electus rexit IIIII annis
Heinricus per ſedem apoſtolicam prouiſus anno incarn. MCCCCLXXV obiit a. MCCCCXCVI
Wilhelmus abbas electus per fratres conuentuales et per papam alexandrum VI. confirmatus

(*hucusque manus antiquior; sequuntur recentiores*)

Rudiger vltimus abbas et primus praepositus saecularis factus a. 1524. obiit 1545. 7. Julii.

Philippus praepositus et epus. Spirensis ex familia de Flersheim obiit 14. august. 1552.

Anno 1545 vnita fuit praepositura weissemburg. cum epatu. Spirensi.

Rudolphus praepositus et eps. Spirensis ex familia de Frankenstein obiit 1560.

Marquardus praepositus et eps. Spirensis ex familia de Hatstein obiit 1580.

Eberardus praepositus et eps. Spirensis ex familia de Dinheim obiit 1610.

Philippus Christoph. ptus. et eps. Spirensis ex familia de Soeteren obiit 1652.

Lotharius Fridericus ptus. et eps. Spir. ex familia de Metternich obiit 1678.

Johannes Hugo praepositus et eps. Spirensis modernus (*sequitur alia manus*) obiit 6. Januarii 1711. ex familia de Orsbeck.

Henricus Hartardus praepositus et eps. Spirensis ex familia de Rollingen. obiit 30. 9bris 1719.

Damianus Hugo praepositus et eps. Spirensis ex familia comitum de Schönborn. obiit 19. augusti 1743 aetatis suae 67. regiminis 24.

Franciscus Christophorus ex fam. de Hutten electus in episc. Spir. et praep. weifsenb. 14. novemb. 1743.

Augustus Limbourg de Styrum electus in episc. Spir. et praep. weifsenb. 1770.

Hucusque codex. Mortuo Augusto episcopo comite de Limburg-Styrum a. 1795, ultimus episcopus Spirensis et praepositus Weifsenburgensis princeps, Wildericus comes de Waldersdorf († 1809), ruentes vidit, Gallorum armis ad Rhenum usque progressis, res ecclesiasticas suas Spirenses et Weifsenburgenses.

Non est, cur excusetur huiusmodi librorum editio; nam si qua est societatum historicarum utilitas fructusque aliquis, qui longius duret, maior certe est in edendis documentis historicis (manentibus manantibusque perpetuo, montium adinstar erectorum aut fontium ex illis tranquille scaturientium), quam in scribendis commentationibus qualibuscumque. Editionis huiusce autem, quam mihi contulit societas, rationem hanc sequutus sum. Primo omnium codicem traditionum quam potui fidelissime typis reddendum curavi; reddidi qualem inveni, nec immutandum aut transponendum quicquam arbitratus, nec reiiciendum, et quamquam chartae inveniantur duplicatae, una triplicata (quas videas in indice chronologico) in variis locis, non tetigi aut mutavi consulte, ut comparandis his variis unius diplomatis scriptionibus colligas, qualiter scribae in his egerint et quantum sibi in describendis documentis antiquioribus indulserint. Solum ubi verba singula erant manca a scriptore relicta, quod saepius occurrit in hoc codice, restitui, et mea in signis [ ]

*

inclusi; literas false scriptas, ut in indice codici praemisso interdum, typis crassioribus notavi; inscriptionem: de pago alifacinse saepius in margine superiore foliorum occurrentem in initium, ubi deest in codice, reposui; solvi scribendi compendia, quae typis reddi non poterant ob lineas per literas aut supra easdem ductas. Voces et nomina cum accentibus expressa sunt ut in codice ut réf, uádo, úddalrih etc.; puncta quoque in universum ut in codice, sed ubi nimis frequenter, quibusdam in locis post singulas fere voces, aut nimis inconsulte posita, omisi. Ne credat lector scriptiones ut hacn, farngere pro *hanc*, *frangere* et alia esse typothetae sphalmata; sunt scriptiones codicis, quae inveniuntur mutilatae maxime in parte manus G (e. gr. n. 240 nihilornamus pro *nihilominus*, 241 auteria uerfatur, *aut tergiversatus*).

Addidi dein minoribus typis expressum librum Edelinianum de reditibus, qui antiquiorem codicem in multis complens, nullo modo debebat disiungi, eadem ratione, nec quicquam mutavi quam numeros qui in codice perturbati inveniuntur.

Diplomata varia, tam de privilegiis, de fundatione quod fertur Dagoberti, quam de iuribus aliaque et plura anecdota in fine addita esse sub inscriptione Appendicis, lectorem credo esse probaturum. Inveniebantur autem et aliae chartae supplentes codices ipsos, tam additae iam ab antiquis manibus in eisdem, ut n. 51 in medio, n. 273. 274 in fine codicis antiquioris, et n. 316 in codice Edeliniano, quam alibi dispersae, ut n. 275—279 post chartarium in hac editione, et n. 317—329 post polyptychon. Haec omnia colligere sub nomine Supplementi in animo erat; sed cum supplemento simul et appendicem addere atque in eodem supplemento antiquiora cum recentioribus miscere cum minus probabile videretur, partemque harum chartarum codices duo ipsi exhiberent, has suis in locis ubi inveniuntur in codicibus reddere, ceterasque ubi aptum videbatur subiungere malui, sed omnia haec adiectitia signo * notare. Ob haec et quod codices ipsi ordinem nec chronologicum nec stricte geographicum exhibent, codex Edelinianus adeo in fine praesertim varii argumenti chartas et notitias miscet, indices tam pro chronologicis quam geographicis et onomasticis omnino necessarii visi sunt, quibus ordo huic chartarum et nominum farragini et usus facilior lectori historicoque redderetur. Spirae, 27. Jun. 1842.

Dr. Jo. Casp. Zeufs.

LIBER

DONATIONUM.

Ist nach der Vorrede einzuheften.

Hec sunt nomina que renouata sunt de pago alisacinse.

(1) Carta haroini. de chirichouuilare.
(2) Carta liutfridi. de cincionesuuilare.
(3) Carta helpualdi. de cazfeldes.
(4) Carta grimhildane. de uuiccobrocho.
(5) Donatio udoni. de uuesthoue.
(6) Donatio helphani. de gerlaigouilla.
(7) Carta ratfuuindane. de bruningeful:
(8. 9) Carta hebroharti. de niufaraf.
(10) Carta liutfridi de burghaim.
(11) Uenditio liutfridi ducis de burghaim.
(12) Carta liutfridi ducis de bruningoul:
(13) Carta liutfridi ducis de batenandoul:
(14) Carta boroni. de lupsinstagni.
(15) Carta radoini. de gerlaichouuilare.
(16) Carta graulfi. de plitharesdorpfe.
(17) Carta nordoaldi. de uuesthoue.
(18) Carta heriuuini. deoranguf.
(19) Carta erbioni. de kielenheimomarcu.
(20) Carta theodoini de hadana.
(21) Carta morichoni de semheim.
(22) Carta ótberti de cazfeldon.
(23) Carta rantuuigi. de bruningesdorpf.
(24) Traditio hildolfi. et thiotberti de tauchendr:
(25) Carta albrichi prb. de bruningesdorpf.
(26) Carta uuerihandi et herilindi de bruningd:
(27) Carta theoduni. de uuinidharesdorpf.
(28) Carta brisolui de batanandesheim.

(29) Carta adoni de lonenbuah.
(30) Carta adalmanni de rinchilendorpf.
(31) Carta hildirihi. et albrichi pr. de dauchendf:
(32) Carta heririchi de alunga.
(33) Carta nordharii de uuinidhareſdorpf.
(34) Carta inginane de franchenheim.
(35) Uenditio liutfridi et rantuuigi de ſulcia.
(36) Carta radoini de laurentione.
(37) Carta radolfi de buxuuilare.
(38) Preſtarium hildifridi et managoldi.
(39) Carta theodoloni. de monte cottane.
(40) Carta erloini de buxuuilare.
(41) Carta nordolfi. de audoino uilla.
(42) Carta amalberti. de mageſſtet.
(43) Carta aſulfi. de gerlaichouuilare.
(44) Carta trudauinde de ſemheim.
(45) Carta heimoniſ de bruningouuilare.
(46) Carta adalgiſi. de gerlicheſuilla.
(47) Carta hebroharti in fine neoſaraſ.
(48) Carta mahtrici. de franchenheim..
(49) Carta meginhelmi de lonenbuah et zuzzenh:
(50. 51)
(52) Carta rantuuigi. de cuzzenhuſon.
(53) Carta ſigibaldi de matra uilla.
(54) Carta rihbaldi de *bereſdorpf.
(55) Carta eiuſdem ſigibaldi de ſeſanheim.
(56) Carta eiuſdem ſigibaldi de ſpiridorpf.
(57) Carta eiuſdem ſigibaldi de franchenh:
(58) Carta eiuſdem ſigibaldi de franchenheim.
(59) Carta ſigibaldi de ſcaſhuſa et urenheim.
(60) Carta gerbaldi de matra.
(61) Item carta gerbaldi de karlobah.
(62) Carta rihbaldi de ſcaſhuſa.
(63) Item rihbaldi de matra.
(64) Item rihbaldi de bruningeſdorpf.
(65) Carta gerbaldi et rihbaldi. de pago uuormacſ: de ſuuuauilenheim.
(66) Carta gerbaldi et rihbaldi de bruningoul:
(67) Breue de mancipiiſ quaſ gerbalduſ tradidit.
(68) Mancipia que ingenua dimiſit.
(69) Concambio hugoniſ.

(70) Carta fupradicti rihbaldi de fcafhufa.
(71) Carta adonif de danone uuilare.
(72) Carta adonif.
(73) Carta adonif de danoneuuil:
(74) Carta rumoldi de fcalchenheim.
(75) Carta rumoldi de fcalchendorpf.
(76) Carta ermbaldi de lonenbuah.
(77) Traditio egiharii de lonenbuah.
(78) Carta uuaningi. et helphanti de muzzingdrf:
(79) Carta helphandi de lonenbuah et
(80) batanefheim.
(81) Carta uuaningi. de muzzihefdorpf.
(82) Carta engilberti de agionuilla.
(83) Carta engilberti de durninga uilla.
(84) Carta gozberti de feozzefuuilare.
(85) Carta gozberti de radolfefdorpf.
(86) Carta uualdolfi de feozzefuuilare.
(87) Carta ermberti epf. de bruningouilla.
(88) Carta liutfuuindane.
(89) Carta hildibotoni de lonenbuah.
(90) Carta facconif de echenheim.
(91) Carta reginberti et uadalberti de margberg.
(92) Carta erchanfridi de gerlichefdorpf.
(93) Carta berahtgardane de lonenbuah.
(94) Carta berahtgardi de lonenbuah.
(95) Item berahtgardi de lonenbuah.
(96) Carta berahtgardi et uualdmanni. de lonb:
(97) Carta berahtfuuindane de buuffouil:
(98) Carta berahtgeri de lonenbuah.
(99) Carta figibotoni. de lonenbuah.
(100) Carta hildolfi. et figibotoni. de lonenb.
(101) Carta radingi. de lonenbuah.
(102) Carta uuiniharti de fcafhufon.
(103) Carta blidgardane de bruningouilla.
(104) Carta ftarcholfi. de gerlichefdorpf.
(105) Carta uuerilandi. et herilindi. de bruning:

(106) Carta buradi de hohenuuilare.
(107) Carta uuuluingi. de lonenbuah.
(108) Carta rihſuuindane de atinhaim.
(109) Carta hildiniuua de lonenbuah.
(110) Carta gutharii et godaniuua de lonenb.
(111) Carta cierolfi. et burgradane. de biberefdr:
(112) Carta heriberti. de uueſthoue.
(113) Carta agiberti. de ſafenheim.
(114) Carta rihulba de gérlaigouuilare.
(115) Carta albrichi de cazfelda.
(116) Carta uuermuni de bruningouuilare.
(117) Carta rechoni de dauchendorpf.
(118)
(119) Carta uuinibaldi de uurrinhaim.
(120) Carta thiodoni de ſaxineſheimomarca.
(121) Carta marguuardi de biberefheimomr:
(122) Carta berahtmundi de lonenbuah.
(123) Carta erbioni de dentenhuſon.
(124) Carta liudrichi de gerlaicouilla.
(125) Carta hildane de blidolphefdorpf.
(126) Carta uuilliharii et uuitharii.
(127) Carta meginheri. et uuicbaldi de furdeffeld.
(128) Carta ſigibaldi de matra.
(129) Carta ruadlandi de bruningouilla.
(130) Carta hartradi de bruningefdorpf.
(131) Carta gerrichi de bullingesdorpf.
(132) Carta reginfridi de gerlaigouilla.
(133) Carta uuiſigardi de ecchendorpf.
(134) Carta liudoldi.
(135) Carta rechoni de ecchenheim.
(136) Carta odalhardi de lonenbuah.
(137) Carta dudoni et imichoni de cuzzenhuſa.
(138) Carta uuicfridi. de bardeſtat.
(139) Carta heimradi. de bruningouuilare.
(140) Carta alderihi. de bruningouuil:
(141) Carta theotlindiſ de lorencenheim.
(142) Carta agiharii de gerlaigouuilare.

(143) Carta hartberti. de furdeſſeld.
(144) Carta graobarti. de lonenbuah.
(145) Carta uuacchoni. de gerlaigouilla.
(146) Carta humberti. de zinzinuuilare.
(147) Carta uuadelaici. de bruningouilla.
(148) Carta hariuuini de lonenbuah.
(149) Carta gatdoni de dauchendorpf.
(150) Carta ſuueidmundi de gerlaigoull:
(151)
(152) Carta rihſuuindane de radolfeſdorpf.
(153) Uenditio alderichi. de argentoratinſe ciuitſ:
(154) Carta gundharii. de lonenbuah.
(155) Uenditio engilberti. de lonenbuah.
(156) Traditio adalhelmi abb. poſteriora de buozolteſhuſa.
(157) Uenditio engilberti. de lonenbuah.
(158) Traditio heimoniſ de meiſtarenheim.
(159) Carta nordoaldi de uueſthoue.
(160) Carta hildiradi. de alunga marca.
(161) Carta theoderici. de hatana uilla.
(162) Uenditio liutfridi de aunulſouuilare.
(163) Carta bernhardi de ſemheim.
(164) Carta uuarulfi. de lonenbuah.
(165) Carta ótmundi. de munihhuſa.
(166) Carta heimrihi. et albrichi.
(167) Traditio ruadini de baldolfheim.
(168) Carta gozberti.
(169) Carta ermenradi. de munifridouilla.
(170) Uenditio graobarti. de thancaradeſheim.
(171) Carta albrichi prb. de biberesdorpf.
(172) Carta miloniſ de gerireſhuſa.
(173) Carta ingihilti. de ſemheim.
(174) Carta miloni prb. de ſemheim.
(175) Carta irminburge de buſuuilare.
(176) Carta giſalrihi et uadalrade de franchenheim.
(177) Carta reginharii. de urenuuilare.
(178) Carta ſigibaldi de matra.
(179) Carta agilberti. de urenuuilare.
(180) Carta morichoni. et rihberti. de ſemheim.

(181) Carta uualderati de moresheim.
(182) Carta liudoni de ringilendorpfe.
(183) Uenditio sacconi.
(184) Carta bernharii de franchenheim.
(185) Carta cuniramni et theotberti. de raningas.
(186) Carta adalgisi. de gerlaigouilla.
(187) Carta liudolfi. de monefridouilla.
(188) Carta sigifridi. de munifridesheim.
(189) Carta sigifridi. de moresuuilare.
(190) Carta odalrihi. de bruningesuuilare.
(191) Carta quam fecit ratbirc.

DE PAGO ALISACINSE.

I. Carta haroinus de pago alisacinse.

Cognofcat magnitudo feu utilitaf ueftra qualiter ego in dei nomine haroinuf pro remedium animae meae uel pro eterna retributione. conplacuit mihi ut de facultate mea aliquid ad loca fanctorum condonare deberem quod et ita feci ego ergo dono donatum in perpetuum effe uolo a die prefenti ad monafterium uuizenburgo quod eft conftructum in honore fanctorum apoftolorum petri et pauli uel ceterum fanctorum fuper fluuio lutra in pago fpirenfe ubi uir uenerabilif uuielanduf abb. prefenti tempore effe uidetur hoc eft in pago alfacinfe iuxta fluuio fura in chirihcouuilare dono hobaf .III. et mancipia fuper commanentef. hahilulfuf cum uxore fua loria et filio ipfiuf uuillulfo et racambertuf. et rimbertuf. in ienul hominef. qui fuper ipfam terram uidentur deferuire. hoc eft tam maffif domibuf edificiif mancipiif acolabuf campif pratif uineif filuif pafcuif aquif aquarumue decurfibuf quicquid in ipfa fine uifuf fum habere dono trado atque tranffundo ad integrum. fimiliter in [n]eofaref figimund cum fua hoba et cum uxore fua bilidruda. cum [om]ni peculiare eorum et uineaf illaf in houaldomonte ad integro. fimiliter in alio loco in teuringaf. haraldo cum fua hoba et terraf indominicataf hoc eft campif

uineis siluis pascuis aquis aquarumue decursibus quicquid ibi de porcione mea uisus sum habere et dominare trado ad integro. dono similiter in saxinesheim uulcheiro cum uxore sua cotsane cum infantes eorum bertcheiro et herpdrudi cum hoba uel cum omni peculiare eorum hoc est tam mansis campis uineas profectas quicquid ibi uisus sum habere et dominare in integro trado atque transfundo. similiter in uilla uuanga suuinnone cum sua hoba et chibehilde genetrice sue cum omni peculiare eorum hoc est tam mansis casis campis uineis siluis et forste perfecta ad integro. similiter in uuigone monte mansis campis quicquid ibi uisus sum habere trado in integro. similiter dono in pago sarohense super fluuio aqua. molinauna. in fine uel in marca haganbache. hec omnia a die presenti in integro trado pro eternam beatitudinem seu pro requiem sempiternam perpetualiter possidendum. ut nomen meum in libro uite scribatur uel recenseatur. propter ea hanc testamentum fieri rogaui. ut superscriptas res pars ipsius monasterii uel monachi ibidem deseruientes ab hac die in eorum recipiant potestatem habendi tenendi uendendi possidendi commodandi suisque successoribus derelinquendi uel quicquid exinde eligerint faciendi per hanc testamentum donationis liberam in omnibus habeant potestatem christo propiciante. si quis uero quod fieri non credo si ego ipse aut ullus de heredibus meis uel proheredum meorum uel quodlibet oposita persona qui contra hanc testamentum uenire conauerit aut inrumpere uel infrangere uoluerit inprimis iram dei omnipotentis incurrat et ab omni eclesia chatholica excommunicatus apareat ita dumtaxat si emendere noluerit insuper inferat ad partem ipsius superscripti monasterii sociante fisco auri libras .III. et argenti pondera .V. coactus exsoluat et hoc quod repetit nullatenus ualeat euindicare et hec presens testamentum omni tempore firma et inuiolata permaneat stipulacione subnexa. acta publice in monasterio uuizenburc sub die .XVII. kl. iulias anno primo regnante domino nostro carlomanno. signi. haroinus. qui hanc testamentum fieri rogauit. sg. sicuuino filio suo. sig. eburardo. sign. haimuni. sign. adalrado. alboino. hariberto. rathelmo. hittuni. ego itaque teutegarius quamuis peccator pr. hanc testamentum rogitus scripsi et subscripsi.

II. Carta leutfridi de pago alisacense.

Nihil ut ait apostolus in hunc mundum intulimus nec quicquam ex eo auferre poterimus nobiscum nisi quod ob anime salute ad loca sanctorum deuoti domino offerentes. cognoscat magnitudo seu utilitas uestra. ego itaque in dei nomine liutfridus et coniunx mea theutila pro remedium anime nostre et remissionem peccatorum nostrorum ut ueniam in futuro consequi meræamur donamus omnes res nostras ad monasterium uuizenburc quod constructum super fluuio luttra in honore sanctorum petri et pauli uel aliorum sanctorum in pago spirense ubi uir uenerabilis uuielandus abbas presenti tempore esse uidetur hoc est donamus in cincionesuuilare in pago alsacinse quam ex aliquo parentum nostrorum aut undecumque ad nostram peruenit dominicacionem et presenti tempore possidere uidemus cum omni merito et termino suo cum adiacenciis adiuntis apendiciis cum terris domibus edificiis mobilibus et inmobilibus et mancipia denominatas .XIIII. hec sunt nomina aeorum. guntrammo. gundoino. dumberto. erchenhildi. ingoberto. seculfo. bertgundis. theutlindis. autperta. perinane. lupane. uulfhilde. folelindis. cum hoba et molino constructo uel campis pratis siluis pascuis aquis aquarumque decursibus quicquid in ipsa fine superscripta et in alio loco. in heconheim. hobas .IIII. et uineas .III. cum casis campis pratis siluis pascuis aquis aquarumque decursibus. et tercio lo[co] modenesheim. hoba una cum campis pratis siluis pascuis aquis aquarumque decursibus. et in quarto loco hohenheim prado uno ubi potes collige[re] .X. carra de feno uel undecumque nostra fuit possessio in integro per epistolam cessionis nostre uisi fuimus concessisse et eam uobis ad partem superscripti monasterii recipistis. in ea uero racione ut post discessum nostrum amborum habendi tenendi uendendi commodandi possidendi uestrisque successoribus derelinquendi uel quicquid exinde eligeritis faciendi per hanc testamentum donacionis liberam in omnibus et 737–742?

firmam christo propicio habeant poteſtatem. ſi quiſ uero quod futurum eſſe non credimuſ noſ ipſi aut ulluſ de here[di]buſ noſtriſ uel proheredum noſtrorum ſeu quolibet oppoſita perſona qui contra hanc teſtamen donacioniſ quam noſ ſpontanea uolunt[at]e fieri rogauimuſ uenire temptauerit aut infrange[re] uoluerit uel inrumpere. inprimiſ iram ſancti trinitatiſ incurrat et ab omni eclesia catholica excommunicatuſ apareat. ita dumtaxat ſi emendare noluerit inſuper inferat ad partem ipſiuſ ſuperſcripti monaſterii tantaſ quantaſ ipſaſ reſ inmeliorataſ ualuerint et ſociante fiſco auri auri libraſ .III. et argenti pondera .V. coactuſ exſoluat et hoc quod repetit nullatenuſ ualeat euindicare et preſenſ teſtamentum firma et inuiolata permaneat et ut hec circa te firmior ſit manum meam ſubter ſignifice et teſteſ qui ſubſcripſerunt aut ſignauerunt in preſenti rogaui ſtipulacione ſubnexa. acta publice in monaſterio uuizenburc ſub die .XVII. kl. iul. anno primo regnante domno carlomanno duce poſt obitum carlo principe maiorem domuſ palacio regiſ. teſteſ leutfriduſ et theutila qui hanc teſtamentum fieri rogauerunt. et alii teſteſ hildifriduſ filiuſ eiuſ. ruadhartuſ. offuni. frieguni. ſigiricho. ſigifrido. haririeho. hildifrido. uuicbaldo teſte. ego theutegariuſ. rogituſ ſcripſi. et ſubſcripſi.

III. Carta helpualdi. de pago alsacinse quod fieri rogauit.

Anno .III. poſt obitum regni domini noſtri theotirichi regiſ. ego itaque in dei nomine helpoalduſ pertractanſ caſuſ humane fragilitatiſ dum eſt anima in proprio corpore conuerſabiliſ ita ſe ſtudeat redimere. aut uel ex aliquo ſi non ſenciat eterna ſuplicia ſuſtinere. cognoſcat ergo ſanctitaſ ueſtra quod ego iam dictuſ helpoalduſ pro anime mee remedium ſeu pro requiem ſempiternam expoſui dare ideoque dono donatumque in perpetuum a die preſenſti eſſe uolo hoc eſt in pago alſacinſe in uilla que uocatur caz-

ſeldeſ hobaſ .IIII. aut ampliuſ excepta terra indominicata hoc eſt tam terriſ campiſ pratiſ uineiſ ſiluiſ paſcuiſ aquiſ aquarumue decurſibuſ quicquid in ipſa fine uiſuſ ſum habere in integro dono ad monaſterium uuizenburc quod eſt conſtructum in honore ſancti petri uel aliorum ſanctorum ſuper fluuio lutra in pago ſpirenſe ubi uuielanduſ preſenti tempore abba eſſe uidetur. excepta ſilua porcionem meam helinlohu. qui mihi reſeruaui propter ea hanc epiſtolam donacioniſ fieri rogaui ut ab hac die ipſam rem habeant teneant atque poſſideant et eorum ſucceſſoribuſ derelinquant. ſi quiſ uero quod futurum eſſe non credimuſ ſi ego ipſe aut ulluſ de heredibuſ uel proheredum meorum uel quolibet oppoſita perſona qui contra teſtamentum iſtum uenire uel infrangere uoluerit quem ego expontanea uoluntate fieri rogaui inprimiſ iram dei incurrat ſi emendare noluerit et ſuperinferat ſacratiſſimo fiſco auri [li]braſ. III. argenti pondera .V. multa ſuſtineat et quod repetit euindicare non ualeat ſet preſenſ teſtamentum omni tempore firmuſ et ſtabiliſ permaneat ſtipulacio ſubnixa. actuſ publice in monaſterio uu[i]zenburc. ſub die .X. kl. nouemb. teſteſ. ego helpoalduſ. qui hunc teſtamentum fieri et firmare rogaui. ſigibaldo. addone. arbione. egotaque theutegariuſ pr. rogituſ hunc teſtamentum ſcripſi et ſubſcripſi.

IV. Carta grimhildane de pago alysacinse.

Ego itaque in dei nomine grimhildiſ pro intuitu diuino uel pro remedium anime mee. dono donatumque in perpetuum eſſe uolo a die preſente ad monaſterium uuizenburc. quod eſt conſtructum in pago ſpirenſe ſuper fluuio lutra in honore ſanctorum petri et pauli uel aliorum plurimorum ubi preſenti tempore uuelanduſ abb. eſſe uidetur hoc eſt in pago aliſaeinſe in fine uel in marca uuiecobrocho hoba una cum manſiſ caſiſ ædificiiſ uel quicquid in ipſa hoba aſpicere uidetur et ſilua ibidem mihi aſpicientem ad porcoſ craſſare pluſ minuſ .XV. et fractaſ .XXX. uel quicquid in

ipſa ſine uiſa ſum habere uel dominare ad integro uobiſ trado atque tranſfundo. ſimiliter et in hariolſeſuilla dono prato ubi poteſ pluſ minuſ colligere de ſeno carradaſ .VII. in ea uero racione ut ſub hac die preſente ſupraſcriptaſ reſ parſ ipſiuſ monaſterii uel monachi ibidem conſiſtenteſ in eorum recipiant poteſtatem habendi tenendi uendendi commodandi ſuiſque ſucceſſoribuſ relinquendi xpo. propicio in omnibuſ habeant poteſtatem. ſi quiſ uero quod futurum eſſe non credo ſi ego ipſa aut ulluſ de heredibuſ meiſ uel proheredum meorum qui contra hanc donacionem uenire temptauerit aut infrangere uoluerit inprimiſ iram dei omnipotentiſ incurrat et nouerit ſe una cum ſacratiſſimo ſiſco auri lib. I. argenti pondera duo mul[ta] ſuſtineat et quod repetit non ualeat euindicare ſet preſenſ teſtamentum quem ego ipſa promtiſſima et ſpontanea [uo]luntate mea fieri rogaui firmuſ et inuiolatuſ permaneat omni tempore et ut hec circa te firmior ſit manu mea propria ſubter ſignaui et teſteſ qui ſubſcripſerunt aut ſignauerunt in preſente rogaui ſtipulacione ſubnexa. actum in monaſterio uuizenburc ſub die .XV. feb. anno ſecundo principatu carlomanno et pippino ducibuſ francorum quan[do] ſucceſſerunt in regnum regnante domino noſtro in perpetuum. teſteſ. grimhilde que hoc teſtamentum fieri rogauit. et alii teſteſ. odalberto. hadaberto. foldulfo. figiberdo. arbione. hildifrido. irminolfo. cearolfo. ego theutegariuſ. ſcripſi et ſubſcripſi.

V. Donacio quam fecit .udo. de pago alsacinse.

Dum fragilitaſ humani generiſ pertimeſcit ultimum uite temporiſ ſubitaneam tranſpoſicionem uenturam oportet ut non inueniat unumquemque imparatum ne ſine aliquo boni operiſ reſpectum migret de ſeculo niſi dum in ſuo iure et poteſtate conſiſtit. preparet ſibi uiam ſalutiſ. per quem ad eternam ualeat beatitudinem peruenire. ideoque ego in dei nomine .udo. dono donatumque in perpetuum eſſe uolo

ad monafterium uuizenburc. quod eft conftructum in honore apoftolorum petri et pauli uel aliorum fanctorum plurimorum. ubi uir uenerabilif uuelanduf abb. prefenti tempore effe uidetur. hoc eft in uilla uel in marca uueftoue in pago alfacinfe dono a die prefente ficut iam fuperiuf dixi pro remedium anime mee fiue pro requiem fempiternam .X. iurnalef de terra aratoria et prato ubi poteft annif fingulif pluf minuf .V. carra. de feno colligere hoc a die prefenti trado atque tranffundo in ea uero racione ut ab hac die habendi tenendi uendendi uel quicquid exinde eligerint facere liberam ac firmiffimam in omnibuf xpo. propiciante habeant poteftatem. fi quif uero quod futurum effe non credo fi ego ipfe aut aliquif de heredibuf uel proheredum meorum uel quolibet oppofita perfona qui contra hanc epiftolam donacionif uenire temptauerit nouerit una cum facratiffimo fifco auri libram unam et argenti pondera duo multa fuftineat et quod repetit non ualeat euindicare fet prefenf epiftola omni tempore firma permaneat manum meam proprium fubterfignaui et teftef qui fubfcripferunt aut fignauerunt in prefente rogaui ftipulacione fubnexa. acta publice in monafterio uuizenburc ante bafilica fancti petri fub die .V. kl. febr. anno fecundo poft obitum domini noftri carloni. quando fucceſſerunt in regno filii fui carlomannuf et pippinuf. regnante domino noftro ihu. xpo. in perpetuum. teftif. udoni qui hanc donacionem fieri rogauit. et alii teftef. ymmoni fiue irminfrido filio fuo. ludouuino. ego itaque theutegariuf affi indignuf pr. fcripfi et fubfcripfi.

VI. Hic est donacio epphani de gerlaigouilla de pago alsacinse.

Venerabili in chrifto patre ratfrido abbati ego eppha femina donatrix et cogitanf pro reme[di]um anime mee conplacuit mihi animo ut de re mea propria una cum confenfu filii mei nomine

ſigichario aliqui[d] ad loca ſanctorum condonare deberem quod ita et feci ergo [dono] donatumque in perpetuum eſſe uolo a die preſenti hoc in marca gaerlaigouilla in pago alſacinſe. ſuper fluuio ſura. manſum unum. et terra arabilia ad ipſo manſo aſpiciente iurnaleſ .VIII. ad integro ſeu edificiiſ ſiluiſ pratiſ paſcuiſ aquiſ aquarumue decurſibuſ de libeldute mea quod mihi marituſ meuſ ſecum more legum tradidit ad poſſidendum. omnem uero iſtam rem ſuperiuſ nominatam ad monaſterio uuizenburg ubi tu preſenti tempore eſſe uideriſ ſicut ſuperiuſ dixi a die preſente prumta deuocione trado ad poſſidendum propterea tibi hanc epiſtolam donacioniſ fieri iuſſi ut ab hac die rem ipſam in tuam recipiaſ poteſtatem. hoc eſt habendi tenendi uendendi commodandi tuiſque poſteriſ relinquendi uel quicquid exinde eligeriſ faciendi liberam et firmiſſimam in omnibuſ habeaſ poteſtatem. et ſi quiſ uero quod fieri non credo ſi ego ipſa aut aliquiſ de heredibuſ uel coheredibuſ meiſ aut quiſlibet oppoſita perſona qui contra hanc donacionem uenire conauerit et inrumpere uoluerit inferat tibi ſociante fiſco auri unciaſ .V. argenti pondera .VI. coactuſ exſoluat et hoc quod repetit euindicare non ualeat. ſet hec preſenſ donacio omni tempore firma permaneat. ſtipulacione ſubnixa. acta publice in monaſterio uuizenburg ſub die .III. id. apriliſ. anno .III. regnante domno noſtro dagoberto rege. teſteſ eppha que hanc donacionem fieri rogauit. ſighichario filio ipſiuſ †. alaichone †. adalgiſo †. adolacho †. bertelaigo. eparlaigo †. ego hildifriduſ pr. ſcripſi et ſubſcripſi.

VII. Carta quam fieri rogauit ratsuinda pro anima filii sui de pago alsacense.

Sacroſancto monaſterio cuiuſ uocabulum uuizenburg quod eſt conſtructum in honore ſanctorum apoſtolorum petri et pauli. uel aliorum ſanctorum edificatum ſuper fluuio lutra in pago ſpirenſe

ubi uir uenerabilif uuelanduf prefenti abb. ego enim in dei nomine ratfuinda cogitanf pro remedium anime filii mei bernoni dono ad iam dicto monafterio a die prefenti donatumque in perpetuum effe uolo hoc eft in pago alfacinfe. in marca inter pruningefuuilare et marca berganefuuilare. hoc eft de terra culturali .XX. iurnalef in campum unum iuntof et eft terminata ab uno latere habet fuaidemunduf et ab alio latere habet ratuuino. et ab uno fronte peruenit in faluxfia. fimiliter dono inter gerlagefuuilare iurnalef feptem de terra culturali. in ea uero racione ut nomen filii mei bernoni in libro uite confcribatur uel recenfeatur et uof ipfam terram habeatif ab ac die. et teneatif et ueftrif fucceſſoribuf in dei nomine reliquatif uel quicquid exinde eligeritif faciendi liberam et firmiſſimam in omnibuf habeatif poteftatem. fi quif uero quod fieri non credo fi ego ipfa aut aliquif de heredibuf uel proheredibuf meif. feu qualibet obpofita perfona qui [con]tra hanc epiftolam donacionif mee quam ego fpontanea uoluntate fieri decreui uenire uel infrangere uoluerit. inprimif iram dei omnipotentif incurrat fi emendare noluerit et infuper inferat ad partibuf ipfiuf monafterii fociante fifco auri libram .I. argenti pondera duof et multa fuftineat. et quod repetit euindicare non ualeat fet prefenf epiftola omni tempore firma et ftabilif permaneat ftipulacione fubnixa. acta publice in monafterio uuizenburg. fub die .XIIII. kl. aprilif. anno primo regnante carlomanno duce. figni ratfuinda que hanc donacionem fieri rogauit. fign. gauimanno. fign. grabardo. fign. chadoberto. fign. bertrigo. fign. uualtchrogo †. ego theutegariuf peccator pr. hanc epiftolam fcripfi et fubfcripfi.

VIII. Carta hebrohardi de pago alisacinse.

Anno primo poft tranfitu theuderici regif ego itaque ebroharduf cogitanf pro anime remedium feu requiem fempiternam ut aliquid de rebuf meif ad eclefia fancti petri ad monafterio

uuizenburg quod eſt conſtructum ſuper fluuio lutra ubi uir uenerabiliſ erloalduſ abb. preeſſe uidetur condonare deberem quod ita et feci. dono in pago aliſacinſe ad ipſa eclesia ſancti petri ſeu et reliquorum pignora qui ibidem conſtituta ſunt. in fine niufaraſ ſeu et chouualdomonte hobaſ .IIII. uineaſ .III. cum uineaturiſ et mancipia hiſ nominibuſ. reginhario cum uxore ſua angiliani. liutbaldo. leuboino. alichoni. gothildi. auttrudi. abani. et in ipſaſ fineſ tam terriſ manſiſ caſiſ campiſ pratiſ paſcuiſ ſiluiſ aquiſ aquarumue decurſibuſ cum omni adiacencia. hec omnia ſuperiuſ itimata dum aduixero ſub uſu fructuario debeam et poſt meum diſceſſum ſine ulliuſ iudiciſ interpellacionem in ueſtram recipiatiſ poteſtatem uel dominacionem. ſi quiſ uero quod futurum eſſe non credo ſi ego aut ulluſ de heredibuſ meiſ. uel quiſlibet oppoſita perſona qui contra hanc donacioni mea uenire temptauerit aut inmutare uoluerit inprimiſ iram dei omnipotentiſ incurrat et inſuper ſocio fiſco auri libraſ duaſ argenti pondera IIII et quod repetit non ualeat euindicare. et ut hec teſtamentum firmior ſit manum meam propriam ſubterſignaui. et teſteſ qui ſubſcripſerunt uel ſignarent modiſ omnibuſ conrogaui. ſtipulacione ſubnixa. acta in uilla toreſtodeluſ. ſub die .XIII. kl. iuliaſ. teſteſ ebroharduſ qui hoc teſtamentum fieri rogauit †. bettuni †. hittuni †. theudebaldo †. haimuni †. adalrado †. uinidiſco †. rathelmo †. tructegiſo. alboino †. hariberto †. ego aramunduſ ſcripſi et ſubſcripſi.

IX. Carta ebrohardi de pago alsacinse.

Mundi terminum ruiniſ crebreſcentibuſ adpropinquante indicia certa manifeſtantur experimenta liquida declarare noſcuntur et ad diſcuciendaſ torpenteſ infidelium menteſ illa dudum in euangeliiſ a domino dicta oracula incumbere noſcuntur opere precium arbitror futurum temporum uiciſſitudinem preocupanſ anticipare et incertum humane condicioniſ euentum ſagaci mentiſ intuitu prouidere quatenuſ

et hoc inflictiſ facinorum uulneribuſ indulta pietatiſ remedia merear adipiſci. ergo ego in dei nomine ebrobarduſ et coniunx mea chimildrudiſ conſiderantеſ qua grauamur ſarcina peccatorum et reminiſcenteſ bonitatem dei dicentiſ date elemoſinam et ecce munda ſunt uobiſ omnia. de tanta igitur miſeracione domini et pietate confiſi idcirco per hanc epiſtolam donacioniſ donamuſ donatumque in perpetuum eſſe uolumuſ atque de iure noſtro in poteſtatem et dominacionem monaſterii uuizenburg in honore ſancti petri conſtructum uel ceterorum ſanctorum que ibidem ueneranda ſunt. ubi erloalduſ abb. preeſſe uidetur uel turba plurima monachorum qui ibidem adunati ſunt. hoc eſt in pago aliſacinſe. in uilla nuncupante .badenandouilare. quicquid uuithariuſ ibidem pro beneficio noſtro uiſuſ eſt habere et ego [con]tra germane meo ad partem recepi id eſt tam terriſ campiſ pratiſ ſiluiſ arealiſ domibuſ edificiiſ caſiſ mancipiiſ acolabuſ preſidiiſ peculiiſ aquiſ aquarumue decurſibuſ utriuſque ſexſuſ mobile et inmobile ſicut a nobiſ de hac re moderno tempore poſſidetur uel ſi inantea in id ipſam rem aliquid augmentare aut meliorare poterimuſ ad preſato monaſterio in alimoniiſ uel ſubſtanciam monachorum ibidem habitancium chriſto protegente proficiad in augmentum. in ea ſcilicet racione ut dum noſ ipſi uiuemuſ antedictaſ reſ ſub uſu beneficio tantummodo abſque ullo preiudicio uel dominacionem aliquod ipſiuſ monaſterii poſſidemuſ niſi tantum. ſi aliquiſ ex ſeruientibuſ nobiſ pro communa mercede relaxare uoluerimuſ poſt obitum uero quando quidem deuſ uoluerit noſter abſque ulliuſ iudiciſ uel heredum noſtrorum expectata tradicione cum omni re meliorata quicquid in ſuperſcripta re in quibuſlibet rebuſ atque corporibuſ augmentum uel inolentum fuerit de preſente hoc parſ. antedictum monaſterio uel memorato abb. ſuiſque ſucceſſoribuſ in dei nomen perpetualiter derelinquant poſſidendum ita ut quicquid de predicta re pro oportunitate ipſiuſ monaſterii decreuerint liberam in omnibuſ habeant poteſtatem preſente donacione. ſi quiſ uero quod futurum eſſe non credimuſ huic uoluntati noſtre pro quibuſlibet inuencioneſ ſi aliquiſ de heredibuſ aut [pro]heredum noſtrorum uel quiſlibet oppoſita perſona repertuſ fuerit exſtitere a conuentu xpianorum uel limitibuſ eccleſiarum extraneuſ habeatur

et insuper inferat partibus monasterii sociante fisco auri [li]bras .X. argenti pondera .XX. et quod repetit euindicare non ualeat set presens donacio quam nos pro timore dei et amore pauperum christo conscripta est firma et inlibata omni tempore debeat perdurare stipulacione subnixa. acta publice in monasterio uuizenburg. sub die .X. kl. aprl. anno .XV. regis domini nostri theoderici. Testes. ego æbrohardus. qui hanc donacionem fieri rogaui. et chimiltrudis coniunx mea. et alii testes hildifrido †. rumoaldo †. guntfrido †. marcarado †. sigisrido †. uuinirado †. ermenoldo †. reginberto †. odilbert. thiotuni †. ego uuilliulfus hanc donacionem rogante domino meo ebrohardo scripsi et subscripsi.

X. Carta quam fecit liutfridus. de burghaime.

Sacrosancto monasterio uuizenburg in pago spirense in honore sancti petri super fluuium lutra constructum ubi presenti tempore herloaldus abb. preesse uidetur. ego inluster uir liutfridus dux cogitans ad deum pro affectum anime [me]e uel eternam retribucionem conplacuit mihi ut res meas quod in uilla burghaime pater meus adalbertus condam mihi moriens dereliquid et ego contra germano meo hebrohardo in porcionem recipi et ad me peruenit. casis casalibus terris pratis siluis pascuis accessisque omnibus peculium domibus mancipiis uineis totum quomodo bernhardus in beneficio habuit. ideoque agentes monas. hec omnia superius denominata ad iam dicto monasterio uel agentibus suis a die presente in uestram trado dominacionem ad possidendum ut quicquid exinde facere uolueritis liberam ac firmissimam habeatis xpo. propicio potestatem. si quis uero quod si ego aut aliquis de heredibus meis uel quislibet ulla opposita persona qui contra hanc epistolam testamenti uenire aut agere aut aliqua calumnia generare uoluerit inferat ad agentes supradicti monasterii auri lib. IIII. argenti pondera .XX. et

nihilominuſ preſenſ epiſtola firma et ſtabiliſ permaneat. ſtipulacione ſubnixa. acta in ciuitate argentoracinſe. publice. ego anſegariuſ rogituſ hanc teſtamentum ſcripſi et ſubſcripſi. notaui poſt med. menſ. marcio anno .II. poſt morte theoderici regiſ. teſtiſ inluſter uir liutfriduſ dulce qui hanc teſtamentum fieri rogauit. teſte hiltrude que conſenſit. nordaldo †. hudone †. ſigiriho †. theotrado †. theotbaldo †. hodolberto †. theotberto †.

XI. Hec est uendicio quam fecit liutfridus dux et hiltrudis.

Domino fratri herloaldo abb. uel omnem congregacionem ſancto petro atque emtoreſ. inluſter uir liutfriduſ dux et hiltrudiſ ducиſſa pariter uenditoreſ conſtat noſ tibi uedidiſſemuſ et ita uendimuſ uillam noſtram in pago haliſacinſe. cui uocabulum eſt burghaime. hoc eſt tam manſiſ caſiſ caſalibuſ terriſ pratiſ ſiluiſ uineiſ mancipiiſ aquiſ aquarumue decurſibuſ cultiſ et incultiſ quicquid ad ipſam uillam ſuperiuſ denominatam pertinet. totum et ad integrum uobiſ tradamuſ atque tranſſundimuſ in dei nomen. ad poſſidendum et unde ad uoſ precium adpreciatum ſicut inter noſ placuit atque conuenit in auro et argento et caball. lib. L. et .IIII. tantum ut ab hac die habendi tenendi uendendi commutandi. uel quicquid exinde facere uolueritiſ. liberam ac firmiſſimam in omnibuſ habeatiſ poteſtatem. ſi quiſ aut noſ aut heredeſ noſtri aut quiſlibet ulla oppoſita perſona qui contra hanc uendicionem a nobiſ factam uenire aut remouere temptauerit. inferat uobiſ tantum et alio tantum quantum in hac uendicione eſt infertum et inſuper una cum ſociante ſiſco auri lib. .III. argenti pondera .X. perſoluat et inſuper quod repetit euindicare non ualeat ſtipulacione ſubnixa. actum in ciuitate argentoracinſe publice. teſte inluſtro uiro liutfrido duce qui hanc uendicionem fieri rogauit † hiltrude que conſenſit † nordoalto † hudone † theotbaldo † odalberto

† ſigiricho † theotberto † ego anſegariuſ rogituſ hanc uendicionem ſcripſi et ſubſcripſi. notaui poſt med. menſ. mar. anno .III. poſt obitum theoderici regiſ.

XII. Carta liutfridi ducis de pago alisacinse.

Domino ſancto meritiſque beatificando in xpo. patre erloaldo abbati. ego liutfriduſ et coniunx mea hiltrudiſ ſalutamuſ uobiſ. propter ea confidimuſ de amicicia et caritate ueſtra cognoſcatiſ quod nobiſ in foreſte dominico que dicitur faſenburgo conloquium inſimul habuerimuſ conuenit de hominibuſ noſtriſ qui conmanent in bruningouilla et in gaerlaigouilare quod genitor meuſ adalbertuſ pro anima ſua ad monaſterio ſancto petro conceſſit propter ea nobiſ pro amore xpi. uel pro amicia ueſtra ipſoſ homineſ. hoc ſunt. mahtulfuſ. irminulfuſ. altmannuſ. uuinimannuſ. botalincuſ. erphariuſ. pertulfuſ. uuinibertuſ. ſigiricho. ad ipſo monaſterio ſancti petri quod dicitur uuizenburg quod eſt conſtructum in pago ſpirenſe ſuper fluuio lutra. et nobiſ de ipſoſ cinſoſ quod noſ pro lege retdiderunt. ad ipſo monaſterio retdant. ut neque noſ neque iunioreſ noſtri neque freta neque ſtuafa nec haribanno nullumquam tempore non requiramuſ niſi ſicut diximuſ ad ipſo monaſterio ipſum cenſum retdant propterea precamuſ et petimuſ uobiſ pro amore xpi. uel pro beati petri apoſtoli ut dignetiſ orare pro nobiſ ſancte et in xpo. uenerabiliſ pater. ſign. liutfrido duce. qui hanc teſtamentum fieri rogauit. ſign. hiltrude que conſenſit. ſign. haiuni. ſign. ærmanricho. ſign. theotrado. ſign. aſſuni. ſign. theotberdo. ego haimo hanc cartam ſcripſi ſubſcripſi.

XIII. Carta liutfridi ducis. de batenandouillare.

Sacrosancto monasterio cuius uocabulum est uuizenburg in pago spirense in honore sancti petri super fluuio lutra constructum. ubi presenti tempore erloaldus abb. preesse uidetur. ego inluster uir liutfridus dux cogitans pro remedium anime [me]e. ad deum uel pro affectum eterne retribucionis. conplacuit mihi ut res meas quod in batenandouilla pater meus moriens dereliquid et ego contra germano meo hebrohardo in porcionem recepi et ad me peruenit casis casalibus terris pratis siluis pascuis accessisque omnibus peculium utriusque domibus mancipiis ideo agentes monasterii hec omnia superius denominata ad iam dicto monasterio uel agentibus suis a die presente in uestram trado dominacionem possidendum ut quicquid exinde facere uolueritis liberam ac firmissimam habeant xpo. propicio potestatem. si quis uero quod si ego aut aliquis de heredibus meis uel quislibet ulla opposita persona qui contra hanc epistolam testamenti uenire aut agere aut aliquam calumniam generare uoluerit inferat ad agentes supradicti monasterii auri lib. II. argenti pondera .X. et nilhilhominus presens epistola firma et stabilis permaneat stipulacione subnixa. acta publice in ciuitate argentoracinse. ego ausegarius pr. rogitus hanc epistolam scripsi et subscripsi. notaui. XI. kl. ianuarii. anno .XIIII. regni domni nostri theoderici regis. teste inlustro uiro liutfrido duce. qui hanc testamentum fieri rogauit. sign. nordoldo. sign. ratbaldo. sign. hamerico. sign. hudone. sign. rihberto. sign. haimerichο †.

XIV. Carta boroni de pago alisacense.

Sacrosancto monasterio quod uocatur uuizenburg et est constructum in honore sancti petri super fluuio lutra ubi uir uene-

rabilis erloaldus esse uidetur presenti tempore abb. ego in dei nomine boronus deo uel reuerencia sanctorum uel cenobie oracionis monachorum ut aliquid de re nostra condonare deberemus quod et ita fecimus hoc est dono ad ipsa casa dei. in pago alsaciorum uillas noncupantes. lupsinstagni. batsinagmi. hischaigitisagmi. in uuldromodihaime. in saxinhaime. in tunteshaime. in inginhaime. patenhaime. papanhaime. in iam dicta loca de genitore meo badocune ad me peruenit. tam casis casalis campis pratis siluis mancipiis libertis acolabus cum peculiare eorum accessisque omnibus una cum peculiare eorum quod ibidem in ipsos agros presente tempore uisus sum possidere sicut superius diximus post [d]isceßu nostro agentes uel successores memorati monasterii reuocent dominacionem faciendo exinde quod uoluerint pars monasterii liberam ac firmissimam abeant in dei nomine in omnibus potestatem. si quis si ego aut heredes mei aut ulla opposita persona qui contra hanc epistolam donacionis uenire aut agere aliquid aut ullam calumniam generare presumserit. hunc inferam ego aut heredes mei. sit culpapilis uobis uel agentes successores iam dicti monasterii auri libras duas sociante fisco et nihilominus donacio hec omni tempore firma permaneat. stipulacione subnixa. actum mandodro castro publici. teste inlustro uiro borono. qui hanc epistolam donacionis fieri rogauit. testes. alaricho. rihberto. unardo. hiltrado. ardoino. gautsaldo. ego humbertus rogitus hanc epistolam donacionis scripsi et subscripsi anno tercio post transitum theoderici regis.

XV. Carta radoini. de pago alisacinse.

In dei nomen ego itaque radoinus considerans pro anime [me]e remedium uel eternam retribucionem iuxta apostoli uoce qui ait nihil in hunc mundum intulimus nec quicquam ex eo auferre nobiscum poterimus ni quod pro anime salutem locis sanctorum deuote domino offerentes impertire ui[de]mur. ergo dono de rebus propriis

meiſ ad monaſterio uuizenburg quod eſt conſtructum in honore ſanctorum apoſtolorum petri et pauli ſuper fluuio lutra ubi uir uenerabiliſ erloalduſ preſenti tempore abb. preeſſe uidetur hoc eſt pago alſacinſe in gerlaicouuilare ſuper fluuio ſura quicquid ibi habere iſtiuſ preſenti die uiſuſ ſum hoc eſt tam manſiſ terriſ campiſ pratiſ ſiluiſ paſcuiſ aquiſ aquarumque decurſibuſ et ſeruum meum nomine uuatgiſo cum hoba ſua uel cum omni peculiare ſuo id eſt tam terriſ campiſ caſiſ peculiiſ maiore uel minore cum cenſilia ipſiuſ ita ut hec omnia ſicut iam intimauimuſ quicquid in ipſa uilla gerlaigouuilare habere uiſuſ ſum uel que reſ ipſaſ qui requirendum eſt ad aliquoſ hominibuſ omnia hec in integrum a die preſenti trado de iure meo in iurem ueſtram traditum eſſe uolo ad ipſa ecleſia ſancti petri uel monaſterio uuizenburg ea uero racione ut nomen meum radoinuſ in librum uite conſcribatiſ uel recenſeatiſ et uoſ ipſaſ reſ habeatiſ et ueſtriſ ſucceſſoribuſ auxiliante xpo. relinquatiſ uel quicquid exinde eligeritiſ faciendum. teſte radoino qui hunc teſtamentum fieri rogauit. folcuuino. filio ipſiuſ. giſlarico. hermidaldo. ego theothariuſ peccator preſbiter hunc teſtamentum ſcripſi et ſubſcripſi.

XVI. Carta graulfi de pago alisacense.

Venerabili in chriſto patre erloaldo abb. ego itaque graulfuſ conſideranſ humanam fragilitatem dono ad monaſterio uuizenburc. quod eſt in honore ſancti petri apoſtoli conſtructum in pago ſpirenſe ſuper fluuio lutra ubi erloalduſ abb. preeſſe uidetur hoc eſt omneſ porcioneſ meaſ in pago aliſacinſe locella cognominantiſ in plithareſdorphe et in unnenhaim que mihi genitor meuſ madalhariuſ morienſ dereliquid id eſt tam manſiſ caſiſ terriſ domibuſ edificiiſ mancipiiſ hiſ nominibuſ. ſigibirga. et filia eiuſ . fridobirga. pratiſ paſcuiſ aquiſ aquarumue decurſibuſ pomariiſ peculium utriuſque ſexuſ maiore uel minore ſicut ſuperiuſ

diximuſ omneſ porcioneſ meaſ a die preſente totum et ad integrum trado atque tranſſundo ita ut ab hac die ipſe abb. uel cuſtodeſ eiuſ abeant teneant atque poſſideant et ſuiſ ſucceſſoribuſ derelinquant uel quicquid exinde facere uoluerint in omnibuſ habeant poteſtatem. ſi quiſ uero et cetera. acta publice in monaſterio uuizenburg ſub die .V. kl. auguſtaſ anno .XI. regni domini noſtri theoderici regiſ. ſign. graulfo qui hanc donacionem fieri rogauit. ſign. guntrado. ego ſindicho acſi indignuſ diaconuſ rogante graulfo hanc donacionem ſcripſi et ſubſcripſi.

XVIII. Carta nordoaldi de pago alisacinse.

Dum dominuſ de terrena mercare precepit celeſtia iuxta leccionem in qua dicitur perit munduſ et ea que in mundo ſunt illut uero quod in eccleſiiſ erogatur numquam perit ſet in memoriam eternam reputatur. ego enim in dei nomen .nordoalduſ. filiuſ hugiberti quoddam donamuſ a die preſente ad monaſterium uuizenburg quod eſt in honore ſancti petri et ſancti pauli principeſ apoſtolorum conſtructum ſuper fluuio lutra. ubi erloalduſ abb. preeſſe dinoſcitur. et donatum in perpetuum eſſe uolumuſ per hanc paginem teſtamenti hoc eſt uillaſ iuriſ noſtri nuncupanteſ illaſ hoc eſt in uueſthoue in deceiugariiſ in chraſteſtate ſimiliter et ſolcoaldeſhaime ſitaſ in pago aliſacinſe quicquid ibidem mihi genitor meuſ chugibertuſ quondam morienſ dereliquid id eſt una cum baſilicaſ ad ipſaſ uillaſ aſpicienteſ. cum terriſ domibuſ edificiiſ acolabuſ mancipiiſ uineiſ ſiluiſ campiſ pratiſ paſcuiſ aquiſ aquarumque decurſibuſ farinariiſ peculium utriuſque ſexuſ maiore uel minore mobilibuſ et inmobilibuſ uel quicquid dici aut nominare poteſt et tempore preſente noſtra uidetur eſſe poſſeſſio ad prefata eccleſia uuizenburg uolo eſſe conceſſum. in ea racione ſi ego ipſam cartam redimere uoluero ducentiſ ſolidiſ licenciam habeam in reliquum uero ſicut ſuperiuſ diximuſ. ita ut ab hac die memorataſ

uillaſ parſ antedicte ecleſie uel abb. aut cuſtoreſ ecleſiarum eam habendi tenendi uendendi commutandi poſſidendi uel quicquid exinde pro oportunitatem eorum et conpendio facere decreuerint liberum perfruantur arbitrium. ſimiliter dono uaſalleſ meoſ et puellaſ meaſ quod ego de intuſ ſala mea ad integrum. ſi qui uero quod futurum eſſe non credo. et cetera. ſet preſenſ donacio omni tempore firma et ſtabiliſ permaneat ſtipulacione ſubnixa. actum in monaſterio uuizenburg. publice. ſub die .XIII. kl. iuliaſ. anno .III. poſt obitum theoderici regiſ. ſign. nordoaldo qui hanc donacionem fieri rogauit. ſign. ratbaldo. ſign. theotbaldo. ſign. offone. ſign. rantuuigo. gauuiberto. reginberto. udone. haimiricho. ego ſindicho hanc donacionem rogante nordaldo ſcripſi et ſubſcripſi.

XVIII. Carta heriuuini de pago alisacinse.

Si aliquid pro ſalute anime cogitamuſ aut de rebuſ noſtriſ propriiſ aliquid ad loca ſanctorum condonamuſ dnm. ihm. xpm. in eterna beatitudine retributorem eſſe confidimuſ igitur ego itaque in dei nomen heriuuinuſ ſana mente integroque deliberatu conſilio prumptiſſima uoluntate mea dono donantiſque animo atque tranſcribo et in omnibuſ confirmo iure firmiſſimum eſſe uolo conceſſum ad baſilica ſancti petri ad monaſterio uuizenburc ubi ratfriduſ abba preſenti tempore eſſe uidetur. hoc eſt quod dono ibidem pro anime mee remedium uel pro eterna retribucione ut ad iudiciam pro meaſ culpaſ ueniam merear adipiſci . porcionem meam in loco qui uocatur deoranguſ. ſitum in pago aliſazenſe ſuper fluuio ſorna cum omni merito ſuo. ſeu et aliam porcionem meam ſitam in pago ſarauuinſe. ad haganbache. quod mihi de alode paterno obuenit. tam manſiſ caſiſ terriſ edificiiſ domibuſ acolabuſ iacenciiſ mancipiiſ inibi commanentiſ. pro leibherio ſiluiſ pratiſ paſcuiſ aquiſ aquarumque decurſibuſ apendiciiſ cultum et incultum quantum in

iam dicto loco habere et tenere uisus sum totum et integrum a die presenti ad suprascripto monasterio donatum esse cupio idem ut ab hac die habendi tenendi commutandi uel quicquid exinde pro eorum oportunitatem eligerint faciendi liberam et firmissimam in omnibus habeant potestatem. et nobis dominus ihs. xps. requiem uite eterne retribuat et illos fratres ibidem consistentes melius dilectet pro nobis domini misericordiam deprecaræ et nomen nostrum in libro uite in ipsa basilica ponatur uel recenseatur. si quis uero et cetera. et presens epistola omni tempore firma permaneat stipulacione subnixa. acta sub die .III. kl. mr. anno .V. regn. domno theoderico rege. teste heriuuino qui hanc donacionem fieri rogauit. testes. oduinus. chlodoinus. folcuino. urnulfus. landobertus. adalramnus. allinus. gebahardus. chuno. amalfridus. ego feramundus scripsi.

XIX. Carta erbioni de pago alisacinse.

Venerabili in xpo. iustulfo eps. uel abbate de monasterio uuizenburg. dum et omnibus non habetur incognitum. qualiter ego erbio condonaui res meas ad partem sancti petri ad monasterium ipsius. in pago alisacinse. hoc est in kielenheimeromarcu. siue in ipsa marca que dicitur erbenuuilare hobas .IIII. integras in osterendorf tertiam partem de una hoba. in semheim. hoba .I. similiter in uuormacinse in carlobahc hoba .I. integra et uineas ad siglas .XX. hoc sunt hobas .VII. ex his duos uestita cum domibus edificiis terris pratis pascuis siluis aquis aquarumue decursibus et mancipiis his nominibus. otmunt. hildithiu. cum infantibus suis. ercanheri. lonhilt. cum infantibus suis .III. sibicho. onolf. otgunt. thiotheid. hoc sunt mancipia decem. uel quicquid in ipsis locis nostra uidetur esse possessio uel dominacio totum et ad integrum de iure meo in iurem dominacionis uestre trado atque transfundo postea quoque mea fuit peticio et uestra

decreuit uoluntaſ contra iſtaſ reſ quod uobiſ tradidi. reſ ueſtraſ preſtare deberetiſ quod ita et feciſtiſ mihi et infantibuſ meiſ. uodone. et eugenie diebuſ uite noſtre ad uſu fructuario ordine. hoc eſt in pago ſpirinſe in uilla qui dicitur othereſheim quod irminolfuſ habuit in beneficium ueſtrum curtile .I. indominicato cum edificiiſ et aliaſ hobaſ ſeruorum .IIII. ex hiſ duo ſunt ueſtitaſ. et in cnutileſheim hoba .I. hoc ſunt hobaſ .V. integraſ et in hohenſtat uinea .I. de ueſtro beneficio cum terriſ domibuſ edificiiſ pratiſ paſcuiſ ſiluiſ aquiſ aquarumue decurſibuſ et mancipiiſ hiſ nominibuſ ſuuaſthrud. uuolfſuuind. beranſuuind. adalhilt cum infantibuſ .II. meua. hildigunt. heribrant. hoc ſunt mancipia .X. quod irminolfuſ habuit in beneficium. in ea uero racione ut pro haſ reſ ſupraſcriptaſ anniſ ſinguliſ ego et ſupraſcripti filii mei. uado. et eugenia uſque dum uixerimuſ omnibuſ diebuſ uite noſtre ſub uſo fructuario ordine habere et excolere debeamuſ et in cenſum ſtudeamuſ dare ſolidoſ .II. ad feſtum ſancti martini .III. id. noub. ad luminaria ſancti petri in uuizenburg. et ſi de ipſo cinſo negligenteſ apparuerimuſ legibuſ emendemuſ ipſaſ reſ perdere non debeamuſ diebuſ uite noſtre et poſt noſtrum quoque diſceſſum cum omni re meliorata uel ſuperpoſita ad caſa ſancti petri uuizenburg reuertatur. facta tradicio ſub die kl. mad. anno .VIII. regnante . karolo imperatore. teſte erbione. ratman. dudo. gebolf. uuidagauuuo. hildiberti. herimanni. uuinimanni. uuelimanni. ſindichoni. uuillirih. fruarit. uuluicho. hartrat. ego uuolfharduſ ſcripſi.

XX. Carta theodoini de pago alisacinse.

Sacroſancto monaſterio cuiuſ uocabulum eſt uuizeburg. quod eſt conſtructum in pago ſpirenſe ſuper fluuio lu[tra] in honore ſanctorum apoſtolorum petri et pauli ubi uir uenerabiliſ iuſtolfuſ epſ. preeſſe uidetur. ego in dei nomen theoduni et

coniunx mea nom. agathiu. tradidiſſemuſ in elemoſina noſtra ad partem ſancti petri ipſiuſ monaſterii. hoc eſt quod tradimuſ. in pago elifacinfe in uilla qui dicitur .hadana. curtileſ duo. cum caſiſ et edificiiſ terriſ pratiſ paſcuiſ ſiluiſ aquiſ aquarumue decurſibuſ et quicquid ad ipſiſ curtileſ pertinet et in ipſa marca uiſi ſumuſ habere et mancipia hiſ nominibuſ. adalliub. madalhilt. albuuar. elilant. excepto in ipſa marca curtile .I. quod habet uto in manu ſua. cum terriſ iurnal. .XX. pratiſ ad carradaſ .V. cum ſiluiſ. illaſ aliaſ reſ ſupraſcriptaſ ipſa caſa dei uel agenteſ eiuſ rem ſuperiuſ denominatam hoc habeant teneant adque poſſideant et eorum ſucceſſoribuſ in dei nomen' derelinquant. in omnibuſ habeant poteſtatem. ſtipul. ſubnixa. ac. pub. in monaſterio uuizenburg ſub die .III. non. mar. anno XL. regnante imperatore noſtro carolo francorum rege. teſte theoduni et uxore eiuſ .agathiu. qui hanc donacionem fieri rogauerunt. et ipſaſ reſ in preſtaria ad amborum uitam. in cenſum din. ann. .VII. non ampliuſ. teſteſ. hartbertuſ et hildirat. berahtger. uuardo. undicho. ſtarcfriduſ. irminfrid. ado. ruadolt. oduni. ego uuolfharduſ peccator ſcripſi et ſubſcripſi.

XXI. Carta morichoni de pago alisacinse.

In nomine domini cuiuſ uocabulum eſt uuizenburg ad monaſterium quod eſt conſtructum in pago ſpirenſe ſuper fluuio lutra in honore ſanctorum apoſtolorum petri et pauli ubi iuſtolfuſ epſ. preeſſe uidetur. ideoque in dei nomine ego moricho dono atque tranſſundo pro anima mea ad par[tem] ſancti petri ipſiuſ monaſterii hoc eſt porcionem meam in pago aliſacinſe. in uilla qui dicitur ſemheim iurnaleſ .XVI. et pratiſ ad carradaſ .XV. ſilua ſicut ego ibidem habui. in ea uero racione ut ipſa caſa dei uel agenteſ eiuſ. rem ſuperiuſ denominatam uel conſcriptam hoc habeant teneant atque poſſideant et eorum ſucceſſoribuſ in dei

nomine derelinquant. ſi quiſ uero etce. acta in monaſterio uuizenburg. ſub die nona kl. iul. anno .XXX. regnante carolo rege francorum. teſteſ moricho. albheriuſ. marcratuſ. ercanbald. ruadmunduſ. irminfriduſ. helpholt. leibuni. ego uuolfharduſ ſcripſi.

XXII. Carta otberti de pago alisacinse.

Adiutorium noſtrum in nomine domini qui fecit celum et terram ad monaſterium quod uocatum eſt uuizenburg et eſt conſtructum ſuper fluuio lutra in pago ſpirenſe in honore ſanctorum apoſtolorum petri et pauli uel ceterorum ſanctorum ubi iuſtolfuſ epiſcopuſ ſeu abba preeſſe uidetur. igitur ego in dei nomen autbertuſ trado atque tranſfundo pro anime mee remedium ad partem ſancti petri. hoc eſt quod dono. in pago alſacinſe. in uilla gazfeld hoba .I. quam ruadgeruſ habet cum caſa et ſcuria cum omni edificacione quicquid ad ipſa hoba pertinet. in ipſa uilla quam et in alia tam terriſ uineiſ campiſ pratiſ paſcuiſ aquiſ aquarumue decurſibuſ cultiſ et incultiſ mobilibuſ et inmobilibuſ in ea uero racione ut ipſa caſa dei uel agenteſ eiuſ rem ſuperiuſ denominatam hoc habeant teneant atque poſſideant et eorum ſucceſſoribuſ in dei nomine derelinquant in omnibuſ habeant poteſtatem. ſi quiſ uero et cetera. ſtipulacione ſubnixa. acta in monaſterio uuizenburg. ſub die .IIII. kl. iun. anno .XXX. regnante carolo rege francorum. teſteſ .otbertuſ. theotbertuſ. reginbertuſ. beratger. heto. uuerino. uuanfrit. ego uuolfharduſ ſcripſi.

XXIII. Carta rantuuigi de pago alisacinse.

Fiat pax in uirtute tua domine. ad monaſterium cuiuſ uocabulum eſt uuizenburg quod eſt conſtructum in pago ſpirenſe ſuper

fluuio lutra in honore fanctorum apoftolorum petri et pauli ubi iuftolfuf epf. preeffe uidetur. ego in dei nomen rantuuiguf clericuf trado ad monafterium fancti petri rem meam pro remedium anime mee. et pro ginitricem meam nomen abane hoc eft quod in elemofina noftra trado. in pago alifacinfe in uilla qui dicitur bruningefthorf quicquid in ipfa uilla uel in marca uifuf fum habere. curtilif edificiif cafif terrif campif pratif filuif uineif mancipiif aurum argentum caballof peculiif minutif aquif aquarumue decurfibuf cultif et incultif mobilibuf et inmobilibuf aut conparato fiue conquifito quicquid mihi de paterno aut de materno in alode dereliquerunt. in ea uero racione ut ipfa cafa dei uel agentef eiuf rem fuperiuf denominatam hoc habeant teneant in omnibuf poteftatem. fi quif uero. ftipulacione fubnixa. acta in monafterio uuizenburg. fub die pridia kl. ian. anno .XXXI. regnante carolo rege francorum. teftef rantuuiguf. heriger. uueliman. rihhart. ercanrat. hildrih. uualahfrid. heririh. hiltuuiguf. úádalrih. thiotrih. ftarcman. hærimuat. ego uuolfharduf fcripfi et fubfcripfi.

XXIV. Tradicio quam tradiderunt hiltolfus et thiotbertus pro animam alboino in pago alisacinse.

Omnef ficientef uenite ad aquaf properate et bibite ad monafterium cuiuf uocabulum eft uuizenburg et eft conftructum in pago fpirenfe fuper fluuio lutra in honore fanctorum apoftolorum petri et pauli ubi iuftolfuf epf. preeffe uidetur. igitur ego hiltolfuf. et thiotbertuf tradiderunt per manum poteftatiuam coram teftibuf pro animam .alboino. ad partem fancti petri ipfiuf monafterii. in pago fpirenfe. in uilla qui uocatur taukendorf. quicquid in ipfa uilla uel in marca uifuf fum habere. curtilif terrif uineif campif pratif pafcuif filuif aquif aquarumue decurfibuf et feruum .I..

mundolfum. et quicquid engiltrud habuit de medietate in ipſa marca. in ea uero racione ut ipſa caſa dei uel agenteſ eiuſ rem ſuperiuſ denominatam hoc habeant teneant adque poſſideant. et eorum ſucceſſoribuſ in dei nomine derelinquant. in omnibuſ habeant poteſtatem. ſi quiſ. acta in monaſterio uuizenburg. ſub die .V. non. madiaſ. anno .XXX. regnante carolo rege francorum. teſteſ hiltolfuſ. thiotbertuſ. úadalrih. hildirih. reginbertuſ. ruadarat. diathart. adalhelm. helphant. ego uuolfharduſ ſcripſi.

XXV. Carta albrihhi pr. de pago alisacinse.

Sacroſancto monaſterio uuizenburgo quod conſtructum in pago ſpirenſe ſuper fluuio lutra. in honore ſanctorum apoſtolorum petri et pauli ubi uir uenerabiliſ iuſtolfuſ epſ. rector eſſe uideatur. igitur ego in dei nomine .albrihhuſ pr. tradidi reſ meaſ in pago aliſacinſe in uilla uel in marca bruningeſthorf id eſt curtilem indominicatam quod mihi pater meuſ tradidit coram teſtibuſ ſicut ipſe manebat quicquid ad illam curtilem pertinet caſiſ edificiiſ ſcuriiſ pomariiſ terriſ terreturiiſ iurnaleſ .LXX. prata ad carradaſ .X. campiſ paſcuiſ ſiluiſ aquiſ aquarumque decurſibuſ et mancipia hiſ nominibuſ beratfrit. gerbirc. hoc trado atque tranſfundo de iure meo in iurem dominacioniſ ueſtre. habendi tenendi ut in omnibuſ habæhatiſ poteſtatem. et nec ego etce. acta in monaſterio uuizenburg ſub die kl. ian. anno .V. regnante carolo imperatore. teſteſ albrih. hildrih. uueliman. rihhart. uualahfrid. uuiliman. garoman. ego uuolfharduſ ſcripſi et ſubſcripſi.

XXVI. Carta quam fecit uuerilandus et herilindis.

Sacrosancte eclesiae que est constructa in pago spirense in loco qui dicitur uuizenburg in honore sancti petri apostoli uel ceterorum sanctorum ubi dei nomine hermbertus eps. preesse uidetur. ego itaque uuerilandus cogitans bona retribucionis eterna seu et pro animabus fricchoni et adalhelm dono ad iam dicto loco donatumque in perpetuum esse uolo hoc est in loco qui dicitur bruningestorf. quicquid ibidem ego herilandus et herilinda coniunx mea habuimus et seruum unum nomine gozheri. hec omnia a die presente ad iam dicto loco sancto trado adque transfundo perpetualiter ad possidendum. si quis uero quod fieri non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus uel proheredibus meis uel quislibet ulla opposita persona qui contra hanc tradicionem a me factam uenire temptauerit inferat ad iam dicto loco sancto auri unc. .II. argenti pondera .V. set hec epistola stabilis permaneat stipulacione subnixa. acta publice ad bromagad. anno .IIII. regnante carolo rege. VIII. kl. iun. testes uuerilant. uuahoni. reginbertus. irmbertus. ego uuolfhardus scripsi.

XXVII. Carta theoduni de pago alisacinse.

Sacrosancto monasterio cuius uocabulum est uuizenburg. quod est constructum in pago spirense super fluuio lutra in honore sanctorum apostolorum petri et pauli ubi iustolfus eps. preesse uidetur. ego in dei nomine theoduni tradidi ad partem sancti petri ipsius monasterii hoc est quod tradidi in pago alisacinse in uilla quod dicitur .uuinidharesdorf. seruum .I. nom. otgis.

et quicquid in illa marca uisus est habere totum et integrum curtilis. casis terris. pratis pascuis campis siluis aquis aquarumque decursibus. in ea uero racione ut ipsa casa dei uel agentes eius rem superius denominatam hoc habeant teneant at[que] possideant et eorum successoribus in dei nomine derelinquant et quicquid exinde conpendio decreuerint. liberam in omnibus habeant potestatem. si quis uero hanc donacionem frangere uoluerit. anathema sit ab omnibus stipulacione subnixa. acta in monasterio uuizenburg. sub die kl. nou. anno .XXXII. regnante carolo rege francorum. testes theoduni. uuolbertus. liuthart. eburuuini. oduni. albheri. uuanfrid. marcharat. friduhelm. albgerus. rihbald. ego uuolfhartus scripsi.

XXVIIII. Carta brisolfi de pago alisacinse.

Sacrosancto monasterio cuius uocabulum est uuizenburg et est constructum in pago spirense super fluuio lutra in honore sanctorum apostolorum petri et pauli ubi iustolfus eps. preesse uidetur. ego in dei nomen brisolf tradidi ad monasterium sancti petri hoc est quod tradidi in pago elisacinse. in uilla batanantesheim. curtilem .I. et iurnales .XIIII. cum pratis et pascuis et siluis. et pomario et quicquid ad ipso curtile pertinet. in ea uero racione ut ipsa casa dei uel agentes eius rem superius denominatam habeant teneant atque possideant et eorum successoribus in dei nomine derelinquant in omnibus habeant potestatem. stipulacione subnixa. acta in monasterio uuizenburg. sub die .X. kl. mar. anno .XXX.VIII. regnante carolo rege francorum. testes. brisolf. reginbertus. uolcolt. hildibodo. heio. thiothelm. uualdolf. ego uuolfhardus scripsi.

XXIX. Carta adoni de pago alisacinse.

Sacrosancto monasterio cuius uocabulum est uuizenburg et est constructum in pago spirense super fluuio lutra in honore sanctorum apostolorum petri et pauli ubi iustolfus eps. preesse uidetur. ego in dei nomen .ado. tradidi ad partem ipsius monasterii hoc est in pago alisacinse. in uilla lonenbuah. curtilem .I. cum iurnales et silua et quicquid ad ipso curtile pertinet. in ea uero racione. ut ipsa casa dei uel agentes eius rem superius denominatam hoc habeant teneant atque possideant et eorum successoribus in dei nomine derelinquant uel quicquid exinde facere uoluerint. liberam in omnibus habeant potestatem. stipulacione subnixa. acta in monasterio uuizenburg. sub die .X. marc. anno .XXX.IIIII. regnante imperatore carolo et rege francorum. testes adone qui hanc tradicionem fecerat. brifolf. reginbertus. ego uuolfhardus scripsi.

XXX. Carta adalmanni de pago alisacinse.

Adiutorium nostrum in nomine domini qui fecit celum et terram. ego in dei nomen adalman tradidi ad partem sancti petri ipsius monasterii rem propriætatis mee. in pago alisacinse in uilla qui dicitur rinkilendorf. quicquid ibidem mea uidetur possessio uel dominacio totum et integrum hoc trado quod in perpetuum esse uolo de iure meo in iurem dominacionis uestræ hoc est mansis terris pratis pascuis siluis aquis aquarumque decursibus cultis et incultis mobilibus et inmobilibus et quicquid ego uisus sum habere in ipsa marca. in ea uero racione et cetera. acta in monasterio uuizenburg. sub die .IIII. kl. iul. anno .XXX.II. regnante carolo rege fran-

corum. teftef adalman. hildirih. gunzo. úadalbald. felbrat. nordolt. fuueidmunt. fuueidinc. ego uuolfharduf fcripfi.

XXXI. Carta hildirihi et albrichi pr. de alisacinse.

In nomine domini noftri ihu. xpi. ad monafterium cuiuf uocabulum eft uuizenburg et eft conftructum in honore fanctorum apoftolorum petri et pauli. ubi iuftolfuf epf. preeffe uidetur. igitur in dei nomen hildirichuf et albirichuf pr. tradiderunt in elemofina eorum ad partem fancti petri ipfiuf monafterii hoc eft quod donamuf in pago alifacinfe in uilla qui dicitur .dauhhendorf. hobam .I. integram ubi fupra reginhariuf manet cum edificiif terrif campif pafcuif pratif aquif aquarumue decurfibuf. in ea uero racione ut ipfa cafa dei hoc habeat teneat atque poffideat. et firma fit ifta tradicio ut fupra. acta in monafterio uuizenburg. fub die .V. kl. ian. anno .XXX.I. rægnante carolo re[ge] francorum. ego uuolfharduf fcripfi.

XXXII. Carta heririhchi de pago alisacinse.

In nomine domini noftri ihu. xpi. ad monafterium cuiuf uocabulum eft uuizenburg. ego in dei nomen heririh tradidi ad partem fancti petri ipfiuf monafterii hoc eft quod dono in pago alifacinfe in uilla qui dicitur alunga iu[r]nalef duodecim prataf ad carradaf .VI. in ea uero racione ut ipfa cafa dei uel agentef eiuf ræm fuperiuf denominatam habeant atque poffideant et eorum fucceffforibuf in dei nomine derelinquant. in omnibuf habeant poteftatem. ego uuolharduf fcripfi.

XXXIII. Carta nordharii de pago alisacinse.

In nomine dei fummi. ego itaque nordhariuf donator dono ad monafterium uuizenburg. ubi uir uenerabilif iuftolfuf abba preeffe uidetur. hoc eft quod dono in uilla quod dicitur .uuinidharefdorf. in elemofina mimine uxori mee curtilem .I. quod in perpetuum permaneat effe uolo. fi quif uero et cetera. ipfa epiftola firma et inuiolata permaneat ftipulacione fubnixa. acta in monafterio uuizenburg. tefte nordhariho. ego helphanduf fcripfi.

XXXIV. Carta inginane de pago alisacinse.

Si aliquid de rebuf noftrif locif fanctorum uel in fubftancia pauperum conferimuf hoc nobif procul dubio in eterna beatitudi. nobif retribueri confidimuf. ego igitur in dei nomen ingina tradidi ad ipfum monafterium uuizenburg. in pago alifacinfe in uilla quod dicitur franchenheim iurnalef .V. in ea uero racione ut ipfa cafa dei uel agæntef eiuf rem fuperiuf denominatam uel confcriptam hoc habeant teneant atque poffideant et eorum fuccefforibuf in dei nomine derelinquant. uel quicquid exinde facere uoluerint liberam ac firmiffimam in omnibuf habeant poteftatem. fi quif uero qui contra hanc donacionem ueni[re] uel infrangere uoluerit. et inferat una cum focii fifco argenti pond. .V. auri uncia .I. coactuf exfoluat ftipulacione fubnixa. acta publice in monafterio uuizenburg fub die .III. kl. apr. anno .XXX. regnante carolo. ego uuolfharduf fcripfi.

XXXV. Venditio liutfridi et rantuuigi.

Fratri rantuuigo uir inluſter liutfriduſ dux uidetur uendidiſſe me tibi conſtat et ita et uendidi. infra marcaſ denominataſ. hoc eſt in aunulfouilare quicquid ingyna genitrix mea pro uend. titul. firmauit. et in ſulcia quantum liudulfuſ ibidem habuit et ad me prouenit et in aldebrunnuſ quicquid genitor meuſ ibidem tenuiſſe probatur. et in ſuinderadouilla quicquid genitor meuſ ibidem habuit. tam terriſ. campiſ. pratiſ. ſiluiſ. arealiſ. caſiſ. mancipiiſ. uineiſ. aquiſ aquarumque decurſibuſ in integrum in ipſiſ uilliſ ſuperiuſ nominatiſ. quantum chrodouuiguſ genitor tuuſ pro beneficio noſtro uiſuſ eſt habere. a die preſente tibi uendidi. et accepi precium pro ipſa re ſicut inter noſ placuit atque conuenit in argento. hoc ſunt libraſ .XX. tantum. ea uero conditione. reſ ſuperiuſ nominataſ habeaſ teneaſ atque poſſideaſ. et tuiſ poſteriſ derelinquaſ. uel quicquid exinde facere uolueriſ. liberam ac firmiſſimam in omnibuſ habeaſ poteſtatem. ſi quiſ uero ego quod abſit aut heredeſ mei. uel quaelibet ulla oppoſita perſona qui contra hanc uenditionem a me ſactam uenire temptauerit. tum inferam tibi tuiſque heredibuſ duplex ſpatium terrule ſocia[n]te ſiſco . auri libram unam. argenti pondera duo. et nihilominuſ preſenſ uenditio omni tempore circa te aut heredeſ tuoſ firma permaneat. ſtipulacione ſubnixa. Actum puplice in ciuitate argentaria quod fecit menſe februario die .V. anno .XVIII. regnante domino noſtro theodoricho rege. ſignum liutfridi duciſ qui hanc uenditionem fieri rogauit. ſign. thiotbaldi. ſign. ratbaldi. ſign. ercanberti. ſign. hartberti. ſignum hafleibi. ſignum heimerichi. ſignum uuigbaldi. ſignum uuigrochi. ſignum ſigifridi.

Heino preſbiter hanc uendicionem ſcripſi et ſubſcripſi.

XXXVI. Carta rodoini clerici.

In xpi. nomine. ego itaque rodini clericuſ tractanſ pro animae meae remedium ut ueniam ſempiternam conſequi merear. propterea dono donatumque ut permaneat eſſe uolo. quod eſt conſtructum in honore ſanctorum apoſtolorum petri et pauli. in pago ſpirinſe uocabulo uuizunburg. ubi uir uenerabiliſ ratfriduſ abbaſ preeſſe uidetur. hoc eſt in pago aliſacinſae in curta laurentione. tam terriſ campiſ mancipiiſ aedificiiſ et prata illa in ripa de forna. quam ipſi ſerui ad ipſaſ hobaſ tenent. aquiſ aquarumque decurſibuſ et in alio loco dono nuncupante uuarigar quarta parte de uineiſ quantum in ipſo monte uiſuſ ſum habere. Iſta omnia ſuperiuſ nominata in integrum de meo iure in ueſtrum trado a die praeſente. dominatione atque tranſſundo. In ea uero condicione ut ab hac die ipſam rem ſuperiuſ nominatam. tam uoſ quam ſucceſſoreſ ueſtri uel agenteſ ipſiuſ monaſterii. in omnibuſ habeant poteſtatem. ſi quiſ uero aut ego quod abſit aut heredeſ mei aut ulla oppoſita perſona qui contra hanc donationem a me factam uenire temptauerit aut agere preſumpſerit. tunc inferat uobiſ ueſtriſque ſucceſſoribuſ. tantum et alium tantum. uel quantum in ſe iſta cartula continet conſociante fiſco auri lib. .II. argenti pondera .V. et nihilominuſ preſenſ donatio circa uoſ uel agenteſ monaſterii. firma et ſtabiliſ permaneat. ſtipulacione ſubnixa. Actum publice in ipſo monaſterio. anno .III. regni dagoberti regiſ. ego chrodoinuſ hanc donationem fieri rogaui. ſign. hugiberti. ſign. thiotuuini. ſignum hartrichi. ſignum odarihi.

XXXVII. Carta radolfi.

Anno poſt tranſitum domini noſtri thiodirichi regiſ ego itaque radolfuſ cogitanſ pro animae meae remedium. ſeu requie

ſempiterna ut de rebuſ meiſ ad eccleſiam ſancti petri quae eſt in uuizunburgo monaſterio conſtructa ſuper fluuio murga condonare deberem quod ita et feci. Hoc eſt in pago aliſacinſae in uilla quae dicitur buxuuilari portionem meam quantumcumque in ipſa fine genetrix mea amallind mihi morienſ dereliquid. tam terriſ manſiſ caſiſ campiſ paſcuiſ ſiluiſ aquiſ aquarumque decurſibuſ. cum omni adiacentia uobiſ trado a die praeſente. Similiter in alio loco ſuper fluuio aquela in uilla diluquiſiaga uel quantumcumque genitor meuſ raginlioduſ mihi morienſ dereliquid. mea portione tam terriſ manſiſ caſiſ. campiſ. pratiſ. paſcuiſ ſiluiſ aquiſ aquarumque decurſibuſ. cum omni adiacentia. et mancipio nomine uuigiliani. Hae omnia ſuperiuſ nominata a die preſente trado ad ipſam eccleſiam ſancti petri uel ad ipſoſ monachoſ qui ibidem regulam cuſtodire deliberant. et ſi ego aut ulluſ de herediбuſ meiſ uel ulla extranea perſona contra hanc donationem uenire temptauerit inprimiſ iram dei omnipotentiſ incurrat. et de ipſa ſancta eccleſia excomm[un]icatuſ appareat. et inſuper conſocianti fiſco auri libr. .V. argenti pondera .X. et quod repetit euindicare non ualeat et ut hoc teſtamentum firmior ſit. manum propriam ſubterroborauimuſ et qui ſe ſubſcriberent uel ſignarent modiſ omnibuſ corroboraui. ſtipulacione ſubnixa. Actum in uilla monti ſub die prid. id. noub. ſignum radulfi. qui hoc teſtamentum fieri rogauit. ſignum otberti. ſign. thiodoni. ſignum nortberti. ſign. liudini.
Ego feramunduſ rogatuſ hoc teſtamentum ſcripſi et ſubſcripſi.

XXXVIIII. Prestarium hildifridi managoldi et uualdsuuindi.

Venerabili in xpo. patre ratfrido abbati hildifriduſ. managolduſ et uualdſuuind. Omnibuſ non habetur incognitum qualiter uoſ uel monachi ueſtri de nobiſ in orphanitate uel pueritia noſtra integram habuiſtiſ curam et nobiſ pro neceſſitatibuſ de elemoſina

christianorum sustinuistis. et inopiam nostram suffragastis insuper et nobis in domo dei collocastis et nos hoc recogitantes etiam et pro remedium animae nostrae tractantes conplacuit animo ut de facultatibus nostram ad loca sanctorum condonare deberemus quod ita et fecimus. ergo donamus a die presenti. donatumque in perpetuum esse uolumus ad monasterium uuizunburg in pago spirinsae super fluuio lutra in uosago situm. in honore sancti petri et pauli constructum ubi tu presenti tempore abba preesse uideris. Hoc est rem nostram in uillare gairelaigo et in austondorphe in pago alisacinsae et portionem nostram in bolinchaime in pago spirinsae super fluuiolo raurebacya ad integrum quicquid nobis genitor noster bodegislus et auunculus noster reginfridus morientes dereliquerunt. Hoc est mansis domibus aedificiis mancipiis uel acolabus ibidem commanentibus campis pratis pascuis siluis aquis aquarumque decursibus tam de alode quam de comparatione uel de qualibet contractu nobis legibus obuenit seu et mancipia his nominibus zacione et uxore sua uualdulpia. et filium eorum godone totum et ad integrum. Hanc epistolam donationis ad suprascriptum monasterium uuizunburg uel monachis ibidem commanentibus ab hac die trademus ad possidendum. hoc est habendi tenendi dominandi uendendi commutandi. uel quicquid tu ipse tuique successores uel monachi ibidem degentes faciendi eligeritis firmissimam in omnibus habeatis potestatem. et si quis uero quod fieri non credimus nos ipsi aut successores nostri. aut quaelibet opposita persona qui contra hanc donationem uenire temptauerit. et eam inrumpere uoluerit. inferat ad partibus ipsius monasterii sociante fisco auri libram unam. argenti pondera duo. et hoc quod repetit euindicare non ualeat. et haec presens donatio omni tempore firma et stabilis permaneat stipl. subn. Acta epistola ad ipsum monasterium uuizunburg. publice sub die kl. mai. anno .XII. regnante hludouuico rege francorum. ego in dei nomine uádalgarius notarius rogatus a suprascriptis scripsi et subscripsi. Ego hildifridus monachus hanc donationem fieri rogaui. signum uualsuuindane. sign. adalberti. sign. rodoaldi. sign. seulaigo. sign. grimulfi. signum rihmundi. signum uualtharii. sign. asulfi. signum heriberti. sign. uuilliharii. signum lantfridi. sign. adalrammi. signum adalgisi.

XXXIX. Carta theodolini.

Domino sancto et uenerabili fratri .ratfrido abbati. uel omni congregatione fratrum uuizunburgo consistentibus. ego tedolinus donator et quia pietas uestra habuit tanta. ut mihi exiguo peccatore inter claustra monasterii uestri recipere dignaretis. propterea mihi complacuit animo etiam et pro remedium animae meae. ut de paupertatula mea ibidem ad ipsum monasterium superius dictum condonare deberem. quod ita et feci. ergo dono ad basilicam sancti petri. infra ipsum monasterium uuizunburgo constructum. hoc est terra mea in loco cognominante montecottane in pago sornagauginse tam mansis quam campis pratis siluis aquis aquarumque decursibus tam de alode quam et de comparatu uel de qualibet ingenio mihi legibus obuenit quicquid ibidem uisus fui tenuisse. et seruum meum nomine gunderihum. Haec omnia a die presenti ad suprascriptum monasterium uuizunburg trado atque transfundo et transferibo ad possidendum. propterea hanc epistolam donationis fieri rogaui. ut de suprascripta re tam tu quam et agentes monasterii ipsius uuizunburgi uel cui hoc dederis ad exigendum. hoc est habendi tenendi commutandi uel quicquid exinde eligeritis faciendi firmissimam in omnibus habeatis potestatem. Si quis uero quod fieri minime credo. qui contra hanc epistolam donationis aut agere conauerit et eam inrumpere uoluerit. inprimis iram dei incurrat. et ab omni loco sanctorum excommunicatus appareat. ita dumtaxat si se emendare noluerit et insuper inferat ad partibus suprascripti monasterii. una consocianti fisco. auri libram unam. argenti pondera duo. et nihilominus eo presens epistola omni tempore firma et inuiolata permaneat. stipulatione subnixa et si alia carta de ista re quam illa quae hic continetur ostensa fuerit nullatenus conualescat. signum thiodolini. qui hanc donationem fieri rogauit. signum amandi. signum uuolfgisi. signum adalgisi.

Ego desiderius quamuis indignus prbr. et scripsi et subscripsi.

XL. Carta erloini.

Venerabili in xpo. ratfrido patri et abbati erloinuſ donator. cogitanſ pro remedium animae meae. uel pro aeterna retributione. propterea placuit mihi ut de rebuſ meiſ aliquid ad loca ſanctorum condonare deberem quod ita et ſeci. ego dono a die preſente ad ipſum monaſterium uuizunburg in honore ſancti petri conſtructum. ubi tu preſenti tempore preeſſe uideriſ. dono hoc eſt hobam unam ueſtitam. in puxuuilare in pago aliſazinſe quod mihi mater mea mumma moriendo dereliquid. propterea hoc teſtamentum tibi fieri rogaui. ut ab hac die habendi tenendi commutandi uel quicquid exinde parſ ipſiuſ monaſterii elegerit faciendi omni tempore firmiſſimam in omnibuſ habeatiſ poteſtatem. et ſi quiſ uero quod fieri minime credo. ego ipſe aut aliquiſ de heredibuſ uel proheredibuſ meiſ aut quaelibet oppoſita perſona. qui contra hoc teſtamentum uenire conauerit. aut hoc inrumpere uoluerit. inferat ad partibuſ ipſiuſ monaſterii. tantum et alium tantum. quantum ipſa réſ eo tempore meliorata ualere potuerit. et hoc teſtamentum firmiſſimum et inuiolatum permaneat. ſtipulatione ſubnixa. Actum in uuizunburg publice ſub die kl. mai. anno quinto domni noſtri thiodorici regiſ.

Ego gundebertuſ acſi indignuſ rogatuſ diagonuſ ab erloino hoc teſtamentum ſcripſi et ſubſcribſi.

Signum erloini. qui hoc teſtamentum fieri rogauit. ſignum uuielandi. ſignum otini. ſignum thiotgeri. ſignum uueroldi.

XLI. Carta nordolfi.

Venerabili in xpo. ratfrido abbati. ego nordolfuſ donator cogitanſ pro diuini amoriſ intuituſ et pro aeterna retributioniſ

premia. complacuit mihi animo ut de rebuſ meiſ propriiſ aliquid ad loca ſanctorum condonare deberem. quod ita et ſeci. Ego dono donatumque in perpetuum eſſe uolo a die preſenti ad ecleſiam ſancti martini. quae in uilla auduino apud anteceſſoreſ meoſ conſtructa eſſe uidetur. Hoc eſt de omni portione mea quicquid in ipſa uilla iam dicta .auduinouilla. eo tempore uiſuſ ſui tenuiſſe. uel quicquid mihi genitor meuſ gariulfuſ morienſ dereliquid illa tertia parte ad integrum ſiue de comparatu. aut qualibet modo contractu. ad anteceſſoreſ meoſ uel ad me legibuſ obuenit. una cum manſiſ domibuſ ſeu mancipiiſ hiſ nominibuſ libone cum uxore ſua. aſcunide uel acolabuſ ibidem commanentibuſ ſeu campiſ pratiſ paſcuiſ uineiſ ſiluiſ aquiſ aquarumque decurſibuſ mobilia et inmobilia. omnia et ex omnibuſ. ſicut ſuperiuſ dixi tibi uel ad ipſam baſilicam ſancti martini. trado atque tranſſundo. ad poſſidendum illa tertia parte in eadem uilla ad integrum. Similiter dono de ipſa baſilica ſancti martini ad monaſterium uuizunburg. illa medietate ad integrum. Ea uero ratione uolumuſ ut praeſenſ donatio firma permaneat. ut ſub mundeburdo uel defenſione ſancto petro uel monaſterio uuizunburgo hanc baſilicam ſancti martini omnibuſ diebuſ uel temporibuſ reſedeat. et inde et criſma uel oleum ſeu ſacerdoſ ad baptizandum uel miſſaſ celebrandum ueniat et nulluſ preſbiter extraneuſ praeſumat ad ipſam baſilicam ad baptizandum uel miſſaſ celebrandum uenire niſi ex permiſſione abbatiſ uel monachiſ qui in monaſterio uuizunburgo tunc tempore habitare uidentur. Propterea tibi hanc epiſtolam donationiſ fieri rogaui uel ad partem ipſiuſ baſilicae ut ſupraſcriptam rem tu uel parſ ipſiuſ baſilicae in ueſtra recipiatiſ poteſtate. hoc eſt habendi tenendi uendendi commutandi. ueſtriſque ſucceſſoribuſ relinquendi uel quicquid exinde eligeritiſ faciendi liberam ac firmiſſimam in omnibuſ habeatiſ poteſtatem. Si quiſ uero quod fieri non credo ego ipſe quod abſit. aut aliquiſ de heredibuſ aut proheredibuſ meiſ aut quaelibet oppoſita perſona qui contra hanc epiſtolam donationiſ quam ego ex ſpontanea uoluntate fieri rogaui. uenire temptauerit aut eam inrumpere uoluerit inferat tibi uel ad partem ipſiuſ baſilicae ſocianti ſiſco. auri libr. I. auri pond. II. coactuſ exſoluat et hoc quod repetit nullatenuſ euindicare [uale]at et haec praeſenſ donatio

omni tempore firma et ſtabiliſ permaneat. ſtipl. ſubnixa. actum unchef ſtagni ſub die .XII. kl. aug. anno .IIII. regni domni dagoberti regiſ. ſignum nordolfi qui hanc epiſtolam donationiſ fieri rogaui. ſignum rantolfi. ſignum adalramni comit. ſign. audebaldi. ſignum audoaldi. ſign. ummune. ſign. thiodoini. ſignum boboni. Ego ſethariſ acſi indignuſ diaconuſ et emmanuenſiſ. hanc epiſtolam donationiſ. rogatuſ ſcripſi et ſubſcripſi.

XLII. Carta amalberti.

Sacroſancto monaſterio uuizunburgo quod eſt conſtructum ſuper fluuio lutra in pago ſpirinſe in honore ſanctorum apoſtolorum petri et pauli uel ceterorum ſanctorum. Ubi uir uenerabiliſ ermbertuſ epiſcopuſ ſeu abba eo tempore praeeſſe uidetur. Igitur ego in dei nomine amalbertuſ cogitaui pro remedium animae meae. ſeu pro aeterna retributione ut aliquid traderem de rebuſ meiſ ad ſupradictum monaſterium. quod ita et feci. Dono donatumque in perpetuum eſſe uolo animae meae. im mageſſtet. in pago aliſacinſae. iurnaleſ .XXX. ad ſenum faciendum. carradaſ .XII. manſ. .I. terriſ domibuſ. ſiluiſ. aquiſ aquarumque decurſibuſ. Similiter in ediningom. dono hobam. quae fuit uuolfen. totum et integrum. et in ottinghaim. totum et integrum. quicquid in illiſ lociſ uiſuſ ſum habere. tam terriſ domibuſ. aedificiiſ pratiſ pomeriiſ. ſiluiſ. aquiſ. aquarumque decurſibuſ. mancipiiſ. omnia trado atque tranſſundo. de iure meo in iure dominationiſ ueſtrae. ad ſupradictum monaſterium. ut ipſi ſerui dei qui ibidem deo militant. teneant atque poſſideant. et quicquid exinde facere uoluerint. xpo. propitio per omnia habeant poteſtatem. Suiſque ſucceſſoribuſ proficiat. in augmentum. Si quiſ uero ego aut aliquiſ de heredibuſ meiſ qui contra hoc teſtamentum uenire temptauerit. aut inrumpere uoluerit inferat ſe una cogente ſiſco. auri libr. duo. argenti pondera quinque. et quod repetit euindicare non ualeat. ipſe id teſtamentum. omni tempore firma et ſtabiliſ permaneat.

fine ulliuf iudicif interpellatione. et ut firmior fit propria manu fignum feci. et teftef qui fubfcriberent. rogaui. ftibulatione fubnixa. factum hoc teftamentum. anno XXmo. regnante karolo rege francorum. fignum amalberti qui hoc teftamentum fieri rogauit. fignum adalberti. fignum uuolfberti. fignum ercanberti. fignum uuolfbaldi. Ego hildiboto cancellariuf. hoc teftamentum fcripfi et fubfcripfi.

XLIII. Carta asulfi.

Domino patri ratfrido abbati. atque emptori. afulfuf uendituruf. Dum me tibi conftat. uendidiffe ita et uendidi. quantumcumque in uilla gerleicouilare uifuf fum habuiffe. tam terrif campif pratif filuif aquif aquarumque decurfibuf. omnia ad integrum tibi tradidi. unde accepi a te ficut inter nof placuit. atque conuenit. de argento libram unam. ea uero ratione ut ipfam rem habeaf teneaf atque poffideaf. et tuif pofterif ad poffidendum derelinquaf. uel quicquid exinde facere uoluerif liberam ac firmiffimam in omnibuf habeaf poteftatem. fi quif uero. quod fi ego quod abfit aut ulluf de heredibuf uel proheredibuf meif aut ulla oppofita perfona qui contra hanc uendicionem a me factam uenire temptauerit. inferat tibi tuifque fucceffóribuf ego aut heredef mei tibi aut heredibuf tuif fpondeo effe reddituram. duplum tantum quantum a te accepi. uel quantum ref ipfa eo tempore meliorata ualuerit. nihilominuf uendicio firma et inuiolata permaneat. ftipulatio fubnixa. Actum publice in uilla gerlaicouilare. die .XX. menfif iunii. anno .II. regni hildiberti regif. fignum afulfi. qui hanc uendicionem fieri rogauit. fignum chrodoaldi. fign. rihmundi. fignum uualdoradi. fignum offuni. fignum faolaico. fignum uuilliharii. fignum adalramni. fignum uuitugifi. fignum lantfridi. fignum adalgifi. fignum heriberti. Ego heribertuf fcripfi et fubfcripfi.

XLIV. Carta trudauindæ.

Venerabili in xpo. patre ratfrido abbati trundauinde et quia conſtat me tibi uendidiſſe. quod ita et uendidi pratam iuriſ mei in marca ſemheim in pago aliſacinſae. quae contingit ipſam pratam. et fineſ et conſortiſ de uno latere et duoſ fronteſ fluuiuſ matra et de alio latere ratio ipſiuſ emptoriſ unde accepi a te de rebuſ ſancti petri monaſterio uuizziburgo precium. propterea hanc uendicionem tibi fieri iuſſi. ut ab hac die ſupraſcriptam pratam habeaſ teneaſ atque poſſideaſ tuiſque ſucceſſoribuſ ad poſſidendum derelinquaſ uel quicquid exinde elegeriſ faciendi firmiſſimam in omnibuſ habeatiſ poteſtatem. Si quiſ uero quod fieri non credo ego ipſe quod abſit aut aliquiſ de heredibuſ uel proheredibuſ meiſ uel quiſlibet extranea perſona qui contra hanc uendicionem uenire temptauerit et eam inrumpere uoluerit inferat tibi uel parti ipſiuſ monaſterii ſocianti fiſco auri libra .I. argenti pondera duo. et tantum et alium tantum quantum ego a te accepi. et hoc quod rep[et]it euindicare non ualeat et haec preſenſ uendicio omni tempore firma permaneat. ſtibulatione ſubnixa. Acta uendicio in monaſterio uuizunburg. publice ſub die kl. mai. anno octabo regni domni noſtri hildiberti regiſ. Ego ratharius notariuſ hanc uendicionem ſcripſi et ſubſcripſi.

XLV. Carta helmonis.

Sacroſanctae eccleſiae ſancti petri principiſ apoſtolorum. in monaſterio quod dicitur uuizunburg conſt[r]ucta. ubi ratfriduſ abba eo tempore preeſſe uidetur. ego in dei nomine aigmo acſi indignuſ preſbiter cogitanſ caſum humane fragilitatiſ ſeu perpendenſ

molem peccatorum meorum. abolutione. proinde dono donatumque in perpetuum ut permaneat esse uolo ad ipsum monasterium uel ad ipsam sanctam congregationem ibidem ad dei laudem consistentem post discessionem meam ad diem presentem donatum in perpetuum esse uolo. Hoc est locello denominato qui dicitur bruningouilare situm in pago alisazinsae quicquid ibidem genitor meus nomine nordbertus uisus fuit possidere. uel ad me prouenit. uel quod in anteco in ipso locello adtrahero potui. Hoc est tam curtis aedificiis campis. pratis. siluis aquis aquarumque decursibus mancipiis libertis cum peculiare eorum. Sicut dixi quicquid in illo loco uisus sum possidere. Haec omnia suprascripta post discessum meum a die presenti abbatis uel agentes ipsius monasterii. in potestate ipsius monasterii debeant reuocare. et quicquid exinde ab ipsa die facere uoluerint liberam ac firmissimam habeant in dei nomine potestatem. et si uuluntas uel deuocio euenerit. sub regula sancta in ipso monasterio abbas qui tunc fuerit in ipso monasterio in dei nomine recipere debeat. Si quis ego aut ullus de heredibus meis uel proheredibus meis aut ulla opposita persona qui contra hanc donationem uenire temptauerit. inferat uobis uestrisque successoribus duplum tantum. quantum ipse locellus eo tempore melioratus ualuerit. et inferat una cum cogente fisco auri libras quinque auri libr. .V. argenti pondera .X. et nihilominus praesens donatio omni tempore firma permaneat stipulatione subnixa. Actum in ciuitate argentaria publice duodecima kla. iulias. anno quarto regni domni nostri helperic regis. Ego in dei nomine heimo presbiter hanc donationem factam scripsi et subscripsi. Signum haione. signum chrodouuini. sig. hattune. signum radouuino. signum folcuuino. signum ermberto. signum ermenrihi. signum hericho. signum harione. signum germune. signum radoino.

XLVI. Carta adalgisi alloni frauuinsinda.

Venerabili in xpo. patri ratfrido abbati adalgisus sibi allo et coniunx sua frauuinsinda uel filius eorum nomine milo

uenditoref conftat nobif tibi uendidiffe ita et uendidemuf in uilla gerleihef in pago alifacinfae fupra fluuio fura. hoc eft omnef ref noftraf quod nobif ex fucceffione parentum noftrorum. hoc eft paterno uel materno feu de conparatu. uel qualibet attractu nobif legibuf obuenit ad integrum. Hoc eft manfif domibuf aedificiif. pratif. campif. pafcuif. filuif. aquif aquarumque decurfibuf. ad integrum. feu mancipiif hif nominibuf et ibidem commanentibuf. liubane. et adalmunt. cum omni peculiare eorum a die praefenti uobif tradimuf. unde accepimuf a te de rebuf fancti petri. Hoc eft argentum. libraf feptem. Propterea hanc uendicionem tibi fieri rogauimuf. ut a die prefenti parf ipfiuf monafterii uuizunburgi. uel fucceffiorof tui. habendi tenendi. commutandi. uendendi uel quicquid exinde facere elegeritif firmiffimam in omnibuf habeatif poteftatem. Si quif uero quod fieri non credo quod nof ipfi aut aliquif de heredibuf uel proheredibuf noftrif. qui contra hanc uenditionem uenire conauerit aut eam inrumpere uoluerit. inferat uobif focianti fifco tantum et aliud tantum quantum a te accepimuf et haec praefenf uendicio omni tempore firma et ftabilif permaneat. et hoc quod repetit euindicare non ualeat. ftipul. fubn. Actum in ipfo monafterio uuizunburgo publice fub die kl. aprl. anno primo regni domni noftri Hildiberti regif. Signum adalgifi. fibi allone uenditore. fignum frauuifindane. coniuge ipfiuf uenditorif. fignum milonif. uenditorif filio ipforum. Signum thiodono. fignum bettonif. fignum gerrato. fignum folcrati. fignum rumharii.
Ego chrodoinuf notariuf hanc uendicionem fcripfi et fubfcripfi.

XLVII. Carta ebroharti.

Anno primo poft tranfitum thiodorici regif ego itaque ebroarduf. cogitanf pro animae meae remedium. feu requie fempiterna. ut aliquid de rebuf meif ad ecclefiam fancti petri. ad monafterium quod dicitur uuizunburg. fuper fluuio murga feu

et lutra ubi uir uenerabilis. erloalduf abba praeesse uidetur. aliquid condonare deberem quod ita et feci. dono in pago alisacinsae ad ipsam ecclesiam sancti petri seu et reliquorum pignora qui ibidem constructa sunt. in fine neofaraf. seu et chonaldo monti hobaf quattuor uineaf tref cum uinitoribuf et mancipia hif nominibuf. reginhario. cum uxore sua angila. liutbald. lioboino. alicone. gotchildia. ottrude. abani. et in ipsa fine. tam terrif. mansif. casif. campif. pratif. pascuif. siluif. aquif aquarumque decursibuf. Hec omnia superiuf nominata dum aduixero sub usu fructuario debeam possidere. et post meum quoque discessum. sine ulliuf iudicif interpellatione in uestram recipiatif potestatem. Si quif uero quod futurum esse non credo si ego aut ulluf de heredibuf uel proheredibuf meif uel qualibet opposita persona qui contra hanc donationem uenire conauerit aut eam inmutare uoluerit inprimif iram dei omnipotentif incurrat et insuper cum socianti fisco auri libraf duo argenti pondera quatuor. et quod repetit euindicare non ualeat. et ut hoc testamentum firmior sit manum propriam subter signaui. et testef qui subscriberent uel signarent modif omnibuf conrogaui. stipul. subnixa. Actum in uilla doresttoteluf. sub die XIII kl. iuliaf. signum ebroardi. qui hoc testamentum fieri rogauit. signum bettonif. signum hittonif. signum thiotbaldi. signum haimonif. signum adalradi. sign. uuinidifgi. signum rathelmi. signum thrudgifi. signum alboini. signum hariberti. Ego ferahmunduf rogatuf hoc testamentum scripsi et subscripsi.

XLVIII. Carta mahtricus.

Venerabili in xpo. ego mahtricuf donaui ref meaf ad monasterium uuizunburg quod est constructum in pago spirinsae super fluuio hlutraha. Ubi uir uenerabilif anstramnuf eo tempore abba praeesse uidetur. Hoc est in franchenheim curtile .I. cum domibuf aedificiif uel pomariif et cum omni peculiare ac iumentif

et quicquid ibi uifuſ ſum habere in preſenti tempore traditioniſ. poſtea quoque fuit mea petitio uel bonorum hominum ut dum aduixero me habere permitterent. quod et ita fecerunt. in ea uero ratione ut augmentare et meliorare habeam poteſtatem poſt quoque diſceſſum meum ad ſupradictum monaſterium cum integritate omni reuertatur. * * *

XLIX. Carta meginhelmi et uxoris eius engilmuat.

Igitur ego in xpi. nomine meginhelm et coniunx mea nomine engilmuat donamuſ atque tradimuſ reſ proprietatiſ noſtrae ad monaſterium uuizenburg quod eſt conſtructum in pago ſpirinſe ſuper fluuium lutra in honore ſanctorum apoſtolorum petri et pauli. ubi domnuſ abba grimolduſ preeſſe uidetur. Hoc eſt quod donamuſ. in pago alſacinſe et in marca lonenbuah. et in marca zuzenheim. et in munenberge. quicquid in hiſ lociſ uiſi ſumuſ habere totum et integrum tradidimuſ pro remedio animarum noſtrarum. et pro anima thioterici. et uelie. in ea ratione ut eaſdem reſ ad dieſ uite noſtre fruituri ſumuſ. et ut anniſ ſinguliſ inde pro commemoratione perſoluamuſ in cenſum ſol. .I. ad feſtiuitatem ſanctorum mar. ſergii et bachi. et poſt diſceſſum amborum noſtrorum iam prefate reſ ad iam dictum monaſterium emeliorate cum omni integritate reuertantur. ſine aliqua contradictione. et ipſi cuſtodeſ qui ibidem deo ſeruiant. habeant teneant atque poſſideant et eorum ſucceſſoribuſ xpo. propitio derelinquant. uel quicquid inde facere uoluerint liberam habeant in omnibuſ poteſtatem. ſi quiſ uero quod futurum eſſe non credimuſ. noſ aut heredeſ noſtri hanc cartam frangere incipiat. in iram dei incidat quod abſit ut fiat. et tamen haec conſcriptio firma permaneat omni tempore ſtipul. ſubnexa. acta in prefato monaſterio. non. octob. die luniſ. reg. ludeuuico iuniore in parte orientaliſ franciæ. an. .XXVI. Teſteſ alſacinſiæ. meginhelm. recco. reginbt: heriuuic. uuolfh: gozbt: meginfrid. rihheri.

milo. adalh: ſigibold. gotabt: herimuat. eto. friduger. ✝ item aliud teſtimonium de ſpirinſe. folcbt: ercanmar. reginbt: rihbt: hildibt: item hildibt: giſalbt: cazo. ecgolf. hildirat. tuto. hucbt: uuinihart. ego hildibertuſ ſcripſi.

L. Traditio liutoni.

Igitur ego liuto trado rem proprietatiſ mee in pago alfacinfa et in marcu álunga ad monaſterium uuizenburg quod eſt conſtructum in pago ſpirinſæ iuxta fluuium lutra ubi domnuſ abba grimoltuſ dominatur. hoc eſt quod trado ad ſanctum petrum. in álunga. iur. .V. de pratiſ ad car. .II. et econtra accepi de parte monaſterii iam dicti iur. .XV. in ſupradicta marca in ea ratione ut utraſque reſ ſupranominataſ ad uitam meam perfruar atque poſſideam. et inde perſoluam anniſ ſinguliſ ad feſtiuitatem ſancti martini denar. .XVII. et in ea ratione quod ego liuto pergam equitando ubicumque prepoſituſ precipiat quiſquiſ in hoc miniſterium conſtituitur. et poſt obitum meum utreque reſ iam noncupate ad ſupradictum monaſterium redeant ad ſeruitium ſancti petri monachiſque illiuſ loci uſque in ſempiternum. teſteſ qui hoc audierunt et uiderunt. ✝ meginhelm uocatuſ. hatto. uuich: uualdman. liuth: uuigiroh. gundlant. reginuuart. reginbt: uuerinh: reginmar. altbt: uuerdbt: egino. ego hildibertuſ ſcripſi.

* LI. Carta wolfsintde de pago saroinse. [a manu recentiore ſec. 11. aut 12. ineunt. poſt num. 30 in fine faſciculi 2. cod. addita.]

In xpi. nomine ego uuolffint cogitanſ pro remedio anime mee. me ipſam ex libertate trado. ad muntburgium ad monaſterium quod uocatur wizinburg. conſtructum in pago ſpirenſe in honore ſanctorum apoſtolorum Petri et Pauli ſuper fluuio lutra. ubi uenerabiliſ abbaſ ratfriduſ preeſſe uidetur. Trado itaque

omnia que habere uideor in pago faroinfe. in uilla que dicitur wolffindauuilere. que iacet in fluuio bibera. ipfam uillam. et filuam que dicitur berengerefforft. et duo mancipia hif nominibuf. thiethar. wolfgart. ut ipfi et omnef eorum pofteri finguli cenfum duorum denariorum ad illuminandam ipfam ecclefiam fanctorum apoftolorum Petri et Pauli. omni anno perfoluant. et poft traditionem cenfuf. foluti atque liberi fint ab omni labore atque ab omnium dominorum placito. [Quem cenfum procurator qui conftitutuf eft ad dominicum fifcum qui uocatur haganbahc. exigere debet omni anno ad domum fingulorum.] Si quif uero quod futurum effe non credo. fi ego ipfa quod abfit. uel ulluf de heredibuf meif. aut ulla oppofita perfona hanc traditionem frangere uel irrumpere uoluerit. celeftem deum exinde iudicem habeat. et fanctuf Petruf illi lumen eternum fubtrahat. Acta eft hec traditio publice. in uilla que dicitur durifculidon. .XII. kl. mart. anno .XVII. regnante ludewico imperatore magni karolif filio. ipfo ratfrido eiufdem monafterii abbate prefente. et drugone metteffi epifcopo. ipfiuf ludewici imperatorif fratre. nec non Gebeharto aduocato. fub hif teftibuf. Geboaldo. Adalharto. Waldo. Gifo. Berhardo. Bernardo. Werdmanno. Adalhemmo. Milone. Rudolfo. Hatto. Gifilberto. Ecco. Ego iohannef capalanuf ipfiuf epifcopi drugonif. rogatu ratfridi abbatif fcripfi et fubfcripfi.

LII. Carta rantuuigi. de pago alsacinse.

Mundi terminum ruinif crebrefcentibuf appropinquantem indicia certa manifeftantur experimenta liquida declarare nofcuntur et ad difcutiendaf torpentef infidelium mentef illa dudum in euuangeliif a domino dicta oracula incumbere nofcuntur. opere pretium arbitror futurorum temporum uiciffitudinem preoccupanf anticipare et incertum humane condicionif euentum fagaci mentif intuitu prouidere quatenuf et hoc inflictif facinorum uulneribuf indulta pietatif remedia merear

adipifci iufta quod ait apoftoluf nihil in hoc mundo iutulimuf nec quaquam ex eo auferre nobifcum potuerimuf nifi quod ob animae falutem locif fanctorum deuote domino offerentef inpertire uidemur. ergo ego in dei nomine rantuuiguf filiuf chrotuuigi quondam confideranf quae grauior farcina peccatorum et minifcentef bonitatem dei dicentif date elymofinam et ecce omnia munda funt uobif. de tanta igitur miferatione et pietate domini confifuf idcirco per hanc epiftolam donationif donamuf donatumque in perpetuum effe uolumuf atque de iure noftro in poteftatem dominationemque monafterii cuiuf uocabulum eft uuizunb. in honore fanctorum apoftolorum petri et pauli conftructum uel reliquaf quam pluref qui ibidem ueneranda funt ubi uueland·uf abba preeffe uidetur uel turba plurima monachorum qui ibidem adunati funt. hoc eft in pago alfacinfe in uillaf cognominantef hoc eft in chuzinchufi in. integrum in pruningouilla quantumcumque genitor meuf ibidem comparauit illa medietati. ad matra in moduinouuilare in uruniuuilla in alongaf ill. medietati in uuittrefhufi. in olenchaim. in offenheime. in ingoniuuilare. in tauginhaime. in munefridouill: in chatenheime. in utilenchaime. in eudinhaime. in marelaigia. et ipfa parti quem germana mea bafilla mihi tradidit. in uilla fulcia quem mihi liutfriduf dux contra pretio tradidit. in aldebrunnaf. in ethanhaime illa medietate quem genitrix mea oda et germana mea bafilla mihi tradiderunt. in maiftrefhaime. medietati quam auuf meuf chrodiuf et mater mea oda et germana mea bafilla mihi tradiderunt. in falaba. in gagynhaime illam medietatem. in chrodoldefuuilare. in montularem medietatem. in lalenhaimi medietatem. in thorencohaime de illa uinia medietatem in heruncouill: medietatem de genitrice mea odane et de germana mea bafillane in folcolfefheime medietatem. in pluenhame de illa uinia medietatem. quicquid ibidem in iam dicta loca tam de auo meo chrodione quam de genitore chroduuigo et de genitrici mea odane et de germana mea bafillane ad me legibuf peruenit. idem una cum bafilica ad ipfaf uillaf afpicientef una cum terrif. campif. pratif. uiniif. filuif. manfif. arealif. domibuf. edificiif. cafif. mancipiif. accolabuf.

prefidiif. peculiif. aquif aquarumque decurfibuf peculiif utriufque fexuf. mobile et inmobile. fareanariif. faltif. et fubiunctif. adiacenciif. pendiciif. in fe habentif. uel pertinentef. ad ipfaf uillaf afpicientef. tam aurum. argentum ueftimenta uafallum puellaf quaf infra domo mea habeam omnia uel ex omnibuf uel quicquid dici aut nominare poteft. haec omnia ficut iam diximuf tam de auiatico quam de paterno fiue de materno fiue de comparatu uel de quacumque libet adtractu ficut a nobif moderno tempore poffidetur uel fi inantea inibi ipfam rem aliquid augmentare aut meliorare potuerimuf ad prefato monafterio in alimoniif uel fubftantiif monachorum ibidem habitantium xpo. protegente proficiat in augmentum in ea uero ratione ut fi mihi dominuf ex legitima et amabile muliere infantem dederit et ego ipfam cartam redimere uoluero. folid. CC. ducentof licentiam habeam. et fi antea aliquid contigerit antequam mihi dominuf infantem dederit ipfaf réf fuprafcriptaf ad iam dictum monafterium reuertere faciant et nomen meum in librum confcribatur uel cenfeatur ut mihi hic et in futuro proficiat in augmentif et fi quif uiro quod futurum effe non credimuf huic uoluntati noftrae pro quibuflibet adinuentionibuf aliquif de heredibuf noftrif aut iudicum noftrorum feu a cupiditaf uel qualibet perfona obuiuf uel repeditum ettiterit a conuentu. omnium xpianorum uel limitibuf eclefiarum extraneuf habeatur et iudae traditurif domini noftri ihu. xpi. fruatur confortium et infuper inferat de partibuf ipfiuf monafterii facratiffimo fifco auri libraf .XX. argenti pondera .XXX. et nec fic quoque quod repetit ualeat euindicare et nihilhominuf prefenf donatio quia nof pro timore dei et amore xpi. pauperum confcripta eft firma et inlibata omni tempore debeat perdurare. ftipul. fubnixa. actum in ipfum monafterium publici fub die .VI. kl. iuniaf. in anno primo principatum carlomanno et pippino maiorum domuf. fig. rantuuigo. qui hanc epiftolam donationif fieri rogauit. fig. odalricho. fig. erprammo. fig. adaloldo. fig. uualtgerio. fig. thiotbaldo. fig. ratbaldo. fig. uuicbaldo.

Ego thiotchariuf peccator prb. rogatuf hanc epiftolam fcripfi et fubfcribfi.

LIII. Carta sigibaldi de alasicinse uel spirinse.

Sacrosancto monasterio cuius uocabulum est uuizunburg quod est constructum super fluuio lutra in pago spirinse in honore sanctorum apostolorum petri et pauli principum apostolorum ubi uir uenerabilis ermbertus episcopus seu abba preesse uidetur. ego enim in dei nomine sigibaldus donator in amorem domini nostri ihu. xpi. et remissionem peccatorum meorum seu pro requie genitoris mei ratbaldi et genitrice mea attane siue angilsuinda. idcirco dono ad ipsum monasterium donatumque in perpetuum permaneat esse uolo. hoc est rés meas in pago alasacinse in uillas cognominantes in matra uilla quicquid in ipsa uilla uisus'sum tenuisse a die presenti de illa ecclesia medietatem una cum terris casis casalis mancipiis pratis pascuis siluis aquis aquarumue decursibus quicquid ibidem uisus sum habere et dominare ad integrum. Similiter in alia uilla in dauchenthorf. in biberesdorf quicquid in ipsa uilla uisus sum habere et dominare ad integrum illa ecclesia tota. in bruningesdorf. in gerleichesdorf similiter. in graenberge super sura quantumque in ipsis locis uisus sum tenuisse uel dominasse a presenti die ad integrum quod mihi mater mea moriens dereliquid. Similiter in alio loco in banenhaim marcha. in lithaime marca. in franchenhaime marca. in altaime marca quicquid in ipsis locis uisus sum habere et dominare a presente die ad integrum excepto uno curtile quem harioldus tenet. Similiter in bruningouuilare. in gaizuuilare totum et ad integrum excepto quod ego mea uxore in lib. dote condonaui tam mansis. mancipiis. terris. domibus. edificiis. casis. casalis. uiniis. pratis. pascuis. siluis. aquis aquarumue decursibus omnem porcionem meam in ipsis locis ad integrum. Similiter in pago spirinse in uilla hariesháim quicquid ibidem uisus sum habere ad integrum in zuosinchoua situm iuxta lustati quod mihi mater mea moriens dereliquid. in

hafalaha fimiliter in frainefhaim fimiliter excepto illa filua quod ego mea uxore in lib. dote condonaui. in unchefftaine. in carlobah. in fauuilenheim. in mafebah. in bizzirichefhaim marca. in dachenhaime marca in fulcia ficut ibidem mea continuit poteftaf. mancipia de matra hif nominibuf. uuillibertuf cum uxore fua thiotgunda. ftarcbertuf cum uxore fua rimigunda. bodalinguf cum uxore fua rantgunda et cum filia fua gozhilda. uuolfhariuf cum uxore fua liba. Nantraduf cum uxore fua gozhilda cum filia fua alahfuuinda. ertmaruf. harigundif. adalhelmuf cum uxore fua otrada. uuilliolfuf. gerfuuind. haidolfuf. uuilligundif cum filio fuo uuerinberto. hunbertuf cum uxore fua uuibila cum filia fua uuibrada. baldilinuf cum uxore fua liutgunda cum filio fuo gundilino. uuolfhelmo. irmintrudi. uuidulino. uuillihild. narida. liudo. hildiberga. frairada. thrudheri. thiotgundi. Ifta mancipia de bainencheim. ruadicho cum uxore fua adalhilda cum infantibuf eorum. ortahariuf cum uxore fua nana. cum infantibuf eorum. uuinihariuf cum uxore fua figihilda. adalmaruf cum uxore fua uuillihilda. erpgifuf cum uxore fua reginlinda. cum infantibuf eorum odo et rihlind. uuoluolduf cum uxore fua odulba. cum infantibuf eorum brunolfo et uuanberto. gundhariuf cum uxore fua uuillihilda cum infantibuf eorum uualthario et brunihilda. Mancipia de biberefdorf hif nominibuf. iringuf cum uxore fua thrudlinda cum filio fuo milone. thancolfuf cum uxore fua niona cum filia fua irmina. otbertuf rimidrudif ruatgifuf cum uxore fua regindruda cum filia fua adaldruda. guadolfuf liutgund. Ifta mancipia de fpirinfe hif nominibuf. ruatgeruf cum uxore fua childia cum filio fuo uogone. uuolfbalduf cum uxore fua birina cum filia fua ruathruda. aigo cum uxore fua thiadane. uuacho uuolffrida. finthariuf adalfuind. ftarchariuf cum uxore fua fuabehilda cum infantibuf eorum ftarcfrido liubhildi. uuluino cum uxore fua uuillirada. uualthariuf cum uxore fua uuolfgarda. albfuind. uuilliger. richolfuf. thiodrada.

hado. ruadrada. In ea uero ratione ut ipsa casa dei uel rectores ipsius monasterii rés superius memoratas una cum mansis casis casalis terris domibus aedificiis accolabus mancipiis uiniis pratis pascuis siluis aquis aquarumque decursibus hoc totum et integrum tam de comparato quam de ullo tractu ad me peruenerit tam in uestimentis quam in pecoribus omnia et ex omnibus quicquid dici aut nominari uel uideri potest. post obitum meum habeant teneant atque possideant et eorum successoribus in dei nomine derelinquant uel quicquid de ipsis rebus pro oportunitate eorum uel compendio decreuerint faciendi in omnibus perfruantur arbitrium ita tamen obsecrantes per auctoritatem eiusdem beati petri principis apostolorum seu ceterorum sanctorum quorum patrocinia in eodem loco sancto sunt ubi easdem rés nostras per hanc donationis titulum testamenti delegauimus ut nullus rector eiusdem a locis dei supradictas rés nec prestet nec beneficiat ulli hominum uel illorum uel extraneorum ullo umquam tempore et si aliter fecerit nisi quod ad ipsos seruos dei ibidem deo seruientes omni tempore deseruiant sciat in die iudicii rationem redditurum pro anima mea et pro ipsas res pro qua illas deo et sancto petro ceterisque sanctis tradidi anathemamque esse in conspectu altissimi. Si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipse quod absit aut ullus de heredibus meis seu qualibet ulla opposita aut extranea persona qui contra hanc paginam testamenti quam ego spontanea uoluntate fieri decreui uenire temptauerit aut eam inrumpere uel infrangere uoluerit inprimis iram sancte trinitatis incurrat et cum supradictis sanctis ante tribunal xpi. deducatur reddere rationes et insuper inferat ad partibus fisci auri lib. .X. argenti pond. .XX. coactus exsoluat et quod quis repetit euindicare non ualeat sed presens donatio omni tempore firma et stabilis permaneat. stipol. subnixa. actum puplice in monasterio uuizunburg sub die .VIII. id. ian. anno sexto regni domni nostri karoli regi. sign. sigibald qui hanc paginam testamenti fieri rogauit et firmare. sign. thiodirih. † sign. salacho. † sign. ribbald. † sign. uuinihart. † sign. stargman. † sign. irminraht. † sign. ruadarat. † sign. agino. sign. arbione. † sign. engilberto. sign. uluerid. sign. iring. sign. radolfo. sign. otbertus. sign. engilbr. sign. item radolfus. sign. uuidu-

gauuo. ſign. ratbr. Ego erbertuſ ſubſcribſi. ſign. muathariuſ. ſign. gerold. Ego geruunuſ acſi indignuſ preſbiter et emmanuenſiſ hoc teſtamentum donationiſ et ſcripſi et ſubſcripſi.
Haec ſunt mancipia de comparatu. baldrih. ada. uuillibald. thiodolf.

LIV. Carta eiusdem rihbaldi [l. ſigibaldi].

obulus de bono quod uulgo dicitur bruwel. In affumptione fancte Marie perfoluuntur .XVI. unc. de falica terra. In fefto fancti Martini perfoluuntur .X. fol. de quibusdam partibus ortorum et de curte .I. Ferra quoque equorum .XXVI. Sunt autem .XXVIIII. huobe ad predictam uillicationem pertinentes. ex quibus .X. fingule perfoluunt tantum .VI. den. pro carr. tegularum alie uero fingule perfoluunt .IIII. carr. ligni. et .III. d. et uno anno .III. alio uero .II. et in fefto fancti Martini mod. et dimid. auene. Ex his autem huobis .IIII. et dimid. pro beneficiis habentur. que tamen ficut et cetere fingule .XX. ulnas linei panni ad ueftiarium fratrum perfoluunt.

CCCXIII. In ritfalfe. Ad uillicationem in ritfalfen pertinent .XVI. huobe. fingule perfoluunt .V. fol. et .II. den. exceptis duabus quarum utraque perfoluit .II. unc. et .VI. den. Item quarta pars huobe preterea .XXI. mandac. Item .VIIII. fingularia loca quorum quifque perfoluit .VIIII. dies. Item due aree quarum una perfoluit uomerem. altera aratrum.

CCCXIV. Ad rode quod uulgo dicitur manglotzanda predium cum fuis pertinenciis. videlicet officium fculteti. curtis dominicalis cum bonis cenfualibus et iuribus ad eam pertinentibus. Verum fuper iure patronatus ecclefie eiufdem uille contentio fuborta taliter eft decifa. ut in fequentibus eft expreffum.

Super iure patronatus ecclefie in rode inter dominum Edelinum abbatem et conuentum monafterii wizenburgenfis ex una et dominum Decanum et capitulum ecclefie Spirenfis nomine decanie ex parte altera queftione fuborta. tandem in honorandos uiros dominum Eberhardum de ftralenberc fcolafticum. Hugonem cantorem. Egenolfum de landefberc et magiftrum Dieterum cellerarium canonicos ecclefie Spirenfis ab utraque parte extitit compromiffum fimpliciter et in totum. Qui predictam difcordiam per uiam amicabilem de confenfu parcium taliter deciderunt. quod ecclefia Spirenfis iure patronatus ecclefie in rode gaudeat in pofterum pleno iure. et perfonam honeftam in eadem ecclefia quandocumque et quocienfcumque uacauerit per manum archidyaconi inftituat. domino abbati et conuentui wizenburgenfi et decano Spirenfi predictis fuper ea perpetuum filentium imponentes. Ad recompenfam autem domino abbati et conuentui de wizenburc et decano Spirenfi faciendam ftatuerunt. ut collatio prebende facerdotalis quam quondam dominus fenior Cunradus de bernhufen canonicus Spirenfis in Spirenfi ecclefia inftituit. quam nunc habet dominus Sigelo nepos cellerarii debeat ad abbatem wizenburgenfem perpetuo pertinere. ita ut quandocumque et quotienscumque uacauerit eam conferat ydoneo facerdoti. Infuper ftatuerunt quod decanus fpirenfis unam de quatuor prebendis premiffis quam primo uacauerit cuius collatio ad commune capitulum pertinebat. de manu fua et pro libito fuo dabit. Preterea cum ad prebendam epifcopalem deferuiendam due perfone uocande fuerint. decanus qui pro tempore fuerit. unam de perfonis huiufmodi inftituet per fe et folus. alteram uero ordinabit iuxta confuetudinem ecclefie hactenus obferuatam. Pronuntiatum eft hoc arbitrium anno domini M.CC. feptuagefimo. VII. in nat. beate virginis prefentibus et confentientibus venerabili domino FR. epo. Petro prepofito. Richwino de Sconenburc. Alberto de Remichingen. Wernhero de aneuelt. Waleramo cuftode. Heinrico de vleckenftein. Wernhero de

wilre. Heinrico de Gemino ponte. Eberhardo de offenbach. Helfrico de dalheim. Heinrico de dan. Canonicis ecclefie Spirenfis.

Super hiis in uig. beatorum Symonis et Jude fequenti date funt hinciude littere à partibus ad cautelam.

Honorabilibus in xpo. viris domino Abbati et conuentui Monafterii wizenburgenfis ordinis fancti Benedicti. Alexander Decanus totumque Capitulum ecclefie Spirenfis fraternam in domino caritatem. Deliberatione prouida et matura vobis domino Abbati et fuccefforibus ueftris in perpetuum hoc ius concedimus et damus abfolute. vt perfonam ydoneam et facerdotem ad prebendam facerdotalem in ecclefia Spirenfi per feniorem Cuonradum de Bernhufen quondam canonicum Spirenfem inftitutam quam nunc Sigelo prefbiter nepos cellerarii tenet quam primum uacauerit pro libito ueftro perfone ydonee et facerdoti ius conferendi habeatis hac vice et imperpetuum. quandocumque et quocienscumque eandem prebendam vacare contigerit fimiliter uos uel ueftri fucceffores perfone ydonee conferatis. Cui donationi nec Decanus ecclefie noftre ad quem eiufdem prebende collatio pertinebat. nec capitulum nec aliquis de capitulo fe opponet. Sed perfonam cui prouifum fuerit per uos vel fucceffores ueftros fimpliciter ad ueftram aut ueftrorum fucceflorum prefentationem recipiemus. faluo iure decani noftri in obedientia debita et correctione chori. Ut autem predicta robur obtineant perpetue firmitatis reuerendi patris et domini noftri Friderici epifcopi Spirenfis qui confenfum fuum adhibuit ad predicta Judicum Spirenfium et noftra figilla prefentibus funt appenfa. Actum in die beatorum apoftolorum Symonis et Jude. Anno domini Millefimo CC.° feptuagefimo feptimo.

CCCXV. De hagenbuoch. Ad hagenbuch bafilica una cum decima. iura capitalia. iura dicta hertreht. officium fculteti. curtis dominicalis. cum cenfibus. agris. pratis. filuis. pifcariis. arenis. et aliis bonis et iuribus ad eam fpectantibus fuper quibus contencio fuborta fecundum quod infra fcribitur eft decifa.

Priuilegium Ruodolfi regis fuper difcordia habita in hagenbuoch. Nos Rvdolfus dei gratia Romanorum rex femper auguftus. Tenore prefentium proteftamur et fcire uolumus uniuerfis. quod cum inter venerabilem E. abbatem wizenburgenfem et fuum conuentum ex una. et ciues in hagenbuoch ex parte altera fuper iuribus publice curie et officio fculteti. pratis. pafcuis. pifcationibus. nemoribus. arenis. et iuribus que Buteil. Houbetreth. et Hertreht dicuntur nec non fuper aliis que predicti abbas et conuentus ufque ad libertatem ciuibus eifdem conceffam pacifice tenuerunt aliquamdiu queftionis materia moueretur. Tandem quia per inquifitores ad hoc deputatos extitit euidenter compertum. quod prefati abbas et conuentus predicta omnia et fingula fuper quibus fuit queftio ante libertatem ipforum ciuium pacifice poffederunt. Nos nolentes quod occafione libertatis huiufmodi ecclefie wizenburgenfi aliquod preiudicium generetur procurauimus. quod predicte partes fuper queftione premiffa taliter conuenerunt. quod prefati abbas et conuentus iura publice curie. officium fculteti. pafcua. pifcationes. nemora. et iura predicta. nec non omnia alia bona. et iura ficut ea ante libertatem et ufque in tempus libertatis ciuium habuerunt

debent inantea libere et pacifice poffidere. Nec in hoc eis ex parte ciuium ullum debet impedimentum preftari. Ciues quoque fine impedimento quolibet gaudebunt omnibus libertatibus fuis et iuribus que ante libertatem ipfis indultam habuiffe nofcuntur. Preterea idem abbas et conuentus renuntiauerunt fimpliciter omnibus dampnis. iniuriis. et grauaminibus ipfis illatis. et expenfis factis occafione queftionis predicte. Nec officialis ipfius abbatis fuper hiis ciues ipfos impetet nec eis mouebit aliquam queftionem. In cuius rei teftimonium prefens fcriptum noftro et predictorum abbatis et conuentus figillis fecimus communiri. Datum in wizenburc .IIII. kal. decembris. indicione .XI. anno domini M.CC.LXXX. fecundo. regni uero noftri anno decimo.

Monafterium wizenburg. habet in villa hagenbuoch et in banno eius hec bona et iura. fcilicet ius patronatus ecclefie. duas partes decime maioris. tercia uero pars eiufdem decime cedit ecclefie. curiam publicam. et .XLV. iugera agrorum in dictam curiam fpectantia. Item officium fculteti. nam abbas wizenburgenfis fcultetum in dicta villa inftituit et deftituit. Scabini quoque dicte curie qui debent effe .XVI. iurant domino abbati nomine fancti petri. et fub ifto iuramento requiruntur a fculteto predicto in fentenciis proferendis.

Item proprietas omnium bonorum dicte ville et banni eius attinet fancto petro. vnde de omnibus bonis in predictam curiam foluuntur cenfus memorato monafterio fancti Petri exceptis bonis ad communia pafcua pertinentibus. de quibus uniuerfitas fancto petro fpetialia obfequia facit annuatim. videlicet hec. quod quilibet de uniuerfitate predicta cuiufcumque conditionis exiftit habens aratrum. feruit fancto petro tempore ferendi cum aratro uno die. Item dat uno die mefforem. et uno die collectorem feni. Non habens aratrum dat tantum mefforem et collectorem modo predicto. Item quandocumque agri iuxta ftuckefwert cum filigine fuerint feminati. quiflibet de uniuerfitate ad tutelam fegetum eorundem facit fepem ad longitudinem .XVI. paxillorum. quicumque a fculteto monitus aliquid promifforum omiferit. ei fpecialiter emendare tenetur. Item inpellens porcos in filuas communes. de quolibet porco quem non nutriuit dat fculteto .II. den. Item menfura uini et frumenti recipietur in wizenburc.

Item quandocumque aliquis decedit qui habet de predictis bonis in ipfam curiam cenfualibus. heredes eius dant pro ipfo ius fancto petro ius dictum hertreht ratione bonorum. Item quicumque poffidens dicta bona. uult ipfa in alium tranfferre refignat ea coram fculteto et fcabinis. et recipiens ea dat fculteto dimidium quartale optimi uini ibidem uenalis. et dimidium quartale deterioris uini et .II. albos panes. et fcabinis tantumdem. Item uendens eadem bona recipiet licentiam fculteti. quod fi non fecerit tenetur ei ad emendam.

Item homines fancti Petri ibidem refidentes foluunt annuatim fancto petro cenfum capitalem. videlicet vir .II. den. mulier uero .I. den. Item fi aliquis de hominibus fancti petri decedit heredes eius pro ipfo foluunt ius capitale. Item fi quis de hominibus fancti petri contraxerit cum muliere alterius conditionis in obitu taliter contrahentis ius quod dicitur butheil foluitur fancto petro.

Item in obernwifen pratum dictum buttelwife. et ex altera parte reni in marca de Daherflar pratum habens quantitatem que uulgo dicitur

andereſhalbes manne wiſe ſpecialiter pertinent in curiam ſupradictam. Omnia quoque prata ſita in loco dicto ſtuckeſwert preter pratum dictum pfaffenwiſe ſic attinent ſancto petro. quod ſcultetus nomine monaſterii in eis recipit ſolus integraliter primum fenum. ſecundum fenum non condetur. ſed ad communia paſcua referuatur. tamen nullus a feſto Georgii paſcit in dictis pratis quouſque ſcultetus deduxerit primum fenum.

Item piſcarie videlicet dicta ahe et alte rin. et ſilua dicta ſtuckeſwert. et arene ſeu ripe eidem ſilue contigue ſpecialiter attinent ſancto petro. et in hiis aliquid faciens preter uoluntatem ſculteti tenetur ei id tamquam contumaciam emendare.

Item ſecans ligna uirida in communi marca ſine licentia tenetur ſculteto .VIII. ſol. ad emendam. et vniuerſitati tantumdem. Qui ſecat ligna infructibilia dicta doubholtz dat ſculteto .XX. den. et vniuerſitati tantum pro emenda.

Item ad edificium eccleſie cimiterii publice curie et curie dotis eccleſie ligna neceſſaria de licencia ſculteti in ſtuckeſwert ſecantur. ſi forte licentiam denegauerit nichilominus cum neceſſitas imminet poſſunt ſecari. quicumque autem ad aliud quodcumque edificium ſine licencia ſculteti ſecuerit in ſilua ſtuckeſwert ei id tenetur emendare ut ſuperius declaratur.

Item in omnibus emendis faciendis in predicto banno cedunt due partes ſculteto. tercia uero pars aduocato. Item vniuerſitas predicta debet eligere cuſtodem ſegetum. et preſentare eundem ſculteto. qui iurabit coram eo diligenter cuſtodire. Idem etiam omnia pignora recepta preſentet in curiam publicam. et quoſcumque predictus cuſtos accuſabit ſcultetus tenetur eos pignorare.

Item de predictis prouentibus ſcultetus memorate ville tenetur nomine domini abbatis wizenburgenſis preſentare ad granarium dominorum de clauſtro quinquaginta maltra nuclei. Idem etiam ſcultetus dabit ad mandatum ſingulis annis in cena domini .VIII. ulnas linei panni et duos bouinos calcios. Item dabit annuatim domino abbati tria ſeruitia.

Item in predicto banno in iure quod dicuntur gruntruore due partes cedunt ſculteto. tercia uero pars aduocato. Item cenſus de tranſitu quod uulgo dicitur far in hagenbuoch et in phorz attinent ſancto petro. Item qui predictos tranſitos habent gratis tranſducent dominum abbatem et ſuam familiam. et ob hoc dominus abbas dat eiſdem nautis duas arbores in ſtuckeſwert. ad reficiendas naues.

Item dominus abbas habet Bergen quoſdam agros prata et cenſus qui attinent officio pincerne. Item in forhenloch habet agros prata cenſus piſcarias et duas partes decime de bonis que dicuntur erbe. et hec attinent officio dapiferi. tercia uero pars decime eiuſdem in bonis que dicuntur almende. et que dicuntur erbe cedunt eccleſie in hagenbuoch. due uero partes predicte almende pertinent ad officium ſculteti in hagenbuoch.

Item omnes poſſidentes bona ſoluentes cenſus in officia predicta. videlicet ſculteti in hagenbuoch pincerne et dapiferis decedentes ſoluunt ius quod dicitur hertreht. Item tercia pars decime in hagenbuoch. in phorz. in forhenloch. et tota decima in bergen. ſpectant ad eccleſiam in hagenbuoch.

Item dominus abbas wizenburgenſis in predicto banno habet et alia iura.

Sunt et alie nostri monasterii possessiones quas in memoria non habuimus ista uice. unde hic non fecimus eas scribi.

---

*CCCXVI. [*Libro ita finito eadem manus codicis in pagina sequenti mox haec subiicit.*] Egeno de kirwilre habet in feodum nonam partem decime maioris in lachen. Item quartam partem iuris patronatus in spirdorf. Item decimam superioris ecclesie in offingen. et quicquid ab eo habent in feodum Cunradus de falenbach. et Cunradus de houen.filius Rudegeri.

Marquardus miles de frisenheim et liutgardis eius uxor legitima assignauerunt monasterio wizenburgn. .XV. iugera pratorum infra marcam ville Scti. Martini. Item .II. iugera uinearum in banholtz ibidem. Item .II. iugera uinearum in breitenacker. Item .II. amas uini annui census de .II. iugeribus uinearum an der heide. Testes. Burcardus de cropfesberc. miles. Hugo grosse scultetus. Cunradus hebestein. filius goteramesceines. Gotebolt. Heinricus carpentarius. Rudegerus filius Rudolfi. sculteti. et Sigelo filius Cunse.

Dominus Emicho comes de Liningen habuit in feodo a monasterio wizenburgensi pratum in hafelach situm. Quod pratum ab eodem comite in feodo tenuit Marquardus miles de frisenheim. Idemque Marquardus dictum pratum contulit sororibus monasterii Scti. Lamperti. et in recompensam eiusdem prati monasterio wizenburgensi et domino E. comiti supradictis ipse Marquardus assignauit bona sua superius annotata consensu sue coniugis accedente.

*CCCXVII. [*Faciunt huc feudorum et censuum notationes alibi repertae, maximam partem e tempore Edelini abb. In cod. feudor. p.* 120.] Vniuersis praesentem paginam inspecturis Cuno dei gratia Wissenburgensium Abbas rei subscriptae fidem adhibere ea quae valere et vigere cupimus ne per successionem temporis et memoriam hominum quae labilis est elabantur scripture testimonio dignum duximus commendare. Ad notitiam ergo vniuersorum peruenire cupimus quod nos dilectorum in xpo. C. praepositi et B. de Hohenhart can. Maioris Ecclesiae Spirensis rogatu et precibus inclinati fideli nostro Weteloni de Berge omnia bona quae pater suus praemortuus a manu nostra in feudo habuisse dinoscitur omni iure feudali recognoscimus et concessimus sub hac conditionis forma quod si ipse quicunque de bonis pertinentibus ad idem feudum venditione obligatione et ad tempus vel perpetuo aut institutione noui feudi alienauerit nisi noster aut successoris nostri consensus plenius accesserit continuo omnia bona feudalia quae ab ecclesia Spirensi et a nostra tenet a sua iurisdictione et dominio libera sint penitus et absoluta ad dictas ecclesias reuertendo et ad conseruationem iuris quod in praedictis bonis habuit nullae sibi valeant exceptiones suffragari alienatione siquidem bonorum per ipsum facta nullam habente efficaciam vel habitam. ad id tenendum et inuiolabiliter obseruandum coram praescriptis dominis C. praeposito maiore et B. de Hohenhart Spiren. et aliis iuris idoneis

et honeftis praeftitit iuramentum. In huius rei memoriam et firmitatem figillo capituli maioris eccliae. Spirenfis et noftro praefens fcriptum roboranimus. Acta funt haec coram teftibus fubfcriptis. Vlrico fculteto. Walthero de Badeweiga. Dieterico de Staffele. Cerolfo. Henrico de Badeweiga. Cunrado de Banackere. Luprando Can. S. Stephani. Wolhardo. Bertholdo. Hugone de Emphelingen. Gerwigo. Burchardo. Anno dni. M.CC.XXXVI. ind. XI.

*CCCXVIII. [*Ibid. p.* 169. 170.] Henricus dei gratia abbas in Frankenthal vniuerfis praefentes litteras vifuris falutem in domino fempiternam. quod factum eft in tempore ne cedat tempori figillorum munimine poftulat roborari. Tenore praefentium proteftamur quod Gerbodo et Conradus fratres milites de Dirmftein pro .III. lb. cenfuum annuorum Wormatienfis monetae quos habent in Flammersheim a dno. Abbate et conuentu wifsenburgenfi titulo feudi pro eifdem cenfibus antedictis concambium fecerunt in fupplementum feudi praelibati videlicet XII. iurnales vinearum apud Dirmeftein fitos in loco qui dicitur kifilbert VI iurnales praeter quartale in III. locis. item unter den alten feggen III. iurnales. item vltimo Wormezer weg III. iurnales et quartale longe plus q. inquam bona a dictis videlicet abbate et conuentu wifsenburgenfi nomine feudi poffidebunt. In cuius rei teftimonium praefentes litteras noftro figillo tradidimus figillatas. actum anno dni. M.CC. LX. tertio. in fefto b. Andreae apli.

*CCCXIX. [*Ex eod. libr. feud. p.* 112.] Edelinus dei gratia Wifsenburgenfis Abbas praefentes litteras infpecturis falutem in dno. Dignum credimus nec ab vllo penitus reprobandum quod nos illis qui ad noftrum nutum omni deuotionis ftudio difponuntur fpecialis beneficentiae gratiam pro fuis meritis rependamus. Cum igitur Joannes de Metthi id apud nos meruerit et ampliora valeat promereri. quod nos de bonae voluntatis noftrae gratia concedimus quod idem uxorem fuam uotam nomine dotare valeat cum bonis quae idem Joannes a nobis et noftra tenet ecclefia nomine officii Marfchalci concedimus quod praedicta uota bona in Huchelhem et in Ingenhem fita quae praefatus Joannes nomine dicti officii a nobis tenet dotis nomine poffideat et in haeredes ipfius transferat iure publici officii non obftante fed ad obtinendum ipfa bona noftra fibi gratia fuffragante. In cuius rei teftimonium praefens fcriptum figillo faepedicti Joannis eft roboratum. Datum anno dni. M.CC.LX. quarto.

*CCCXX. [*Ibid. p.* 112. 113.] Nos dominus Joannes de Meti una cum uxore nra. Henrico. Joanne filiis nris. ac aliis noftris haeredibus notum facimus vniuerfis praefentes litteras audituris. quod dns. nofter E. dei gratia Abbas Wifsenburgenfis noftris precibus inclinati officium Marfcalci quod ab eo in Ingenheim habemus. in bonis noftris apud Huchelheim fitis videlicet domo curia pratis et bonis quae pro viginti feptem marcis argenti comparauimus pro Conrado milite de Appenhouen acceptauit et nomine antedicti officii bona contulimus praenotata et bona in Ingenheim in feudo a praedicto domino nro. Abbate detinemus. In cuius rei teftimonium et cautelam

praefentes litteras figillo noftro tradidimus roboratas. Actum et datum anno dni. M.CC.LXX. primo. in fefto Catharinae.

*CCCXXI. [*Lib. feud. p.* 114.] Nos Edelinus dei gratia Abbas Wiffenburgenfis conftare volumus vniuerfis quod poftquam in abbatem noftri monafterii diuina fauente gratia fuiffemus affumpti dominus Joannes de Metis miles ad noftram accedens praefentiam poftulauit ut fibi feuda quae a nobis et a noftro monafterio deberet habere de iure concedere dignaremur. Nos itaque praedicta feuda fibi conceffimus ea videlicet quae idem a noftro monafterio et a nobis de iure debet et debuit obtinere. Ipfe quoque in continenti tanquam vafallus nobis praeftitit fidelitatis debitae iuramentum. quo recepto ab ipfo requifiuimus ut nobis fub fide eiusdem diceret iuramenti quae bona a nobis in feudum obtineret. qui refpondit dimidiam partem iuris patronatus et decimae inferioris ecclefiae in Grinftat ac publicam curiam totaliter cum omnibus fuis attinentiis quae fita eft apud ecclefiam memoratam fe a nobis in feudum obtinere. In cuius facti euidentiam pleniorem noftrum figillum praefentibus eft appenfum. Datum vigilia beati Thomae apli. anno dni. M.CC.LXX. fexto.

*CCCXXII. [*Ibid. p.* 113.] Ego Joannes dominus de Methis et Henricus filius meus milites ad notitiam omnium cupimus peruenire nos a venerabili dno. abbate Wifsenburgensi feuda in villa Grinftat videlicet dimidiam partem iuris patronatus et decimae inferioris ecclefiae ibidem et curiam publicam totaliter cum omnibus fuis attinentiis quae fita eft apud ecclefiam memoratam in feudum recepiffe. ita videlicet fi aliqua dampna praedicto dno. abbati eius fucceforibus aut ipfi conuentui occafione dictae collationis ingruerit. ipfis omnimode deponemus. In cuius rei euidentiam pleniorem noftra figilla praefentibus funt appenfa. Datum craftino beati Thomae apli. anno domini M.CC.LXX. fexto.

*CCCXXIII. [*Id. lib. p.* 115.] Edelinus dei gratia abbas Wifsenburgenfis vniuerfis praefentium infpectoribus notitiam fubfcriptorum. confiderantes grata feruitia quae dilecti fideles noftri Joannes de Scharphenecke dictus de Methi et Henricus filius eius nobis et noftro monafterio exhibuerunt ac etiam exhibebunt de cetero deo dante. noftrum confenfum plenarium ad preces ipforum duorum ad id adhibuimus et praefentibus adhibemus ratum habere volentes quod idem Henricus de confenfu et voluntate patris fui Joannis praedicti legitimae uxori eiusdem Henrici Luckardi nomine LXX. marcas puri argenti fuper medietate bonorum in banno et villa Winden fitorum quae bona pro recompenfatione decimae venditae in Altdorf quondam ad noftrum monafterium pertinentis idem Joannes et Henricus a nobis et noftro monafterio in feudo obtinent in dotem legitimam feu donationem propter nuptias affignauit. recognofcentes etiam quod fi predictam Luckardim fine mafculino fexu decedere contigerit ad filias eiusdem fiquas habuerit eodem iure quo ad filios cedent bona fuprafcripta. Haec autem facta funt de bona voluntate et confenfu Joannis patris eiusdem Henrici et fratris fui Joannis. In praemiffae quoque dotis robur confirmationem et euidens teftimonium noftrum figillum praefentibus eft appenfum. Actum et datum Sabbatho ante feftum beatae Luciae. anno domini M.CC.LXXX. tertio.

*CCCXXIV. [*Ibid. p.* 114. 115.] Nos Edelinus dei gratia abbas monaſterii Wiſsenburgenſis ad notitiam vniuerſorum volumus peruenire quod nobilis vir dominus Joannes dictus de Methis a nobis noſtroque monaſterio habet in feudum in villa Grindeſtat dimidiam partem iuris patronatus et decimae inferioris eccleſiae ibidem et curiam publicam totaliter cum omnibus eiusdem curiae attinentiis quae ſita eſt apud eccleſiam memoratam. Profitemur etiam per praeſentes nobilem virum dominum Bertholdum bonae memoriae dictum de Methis patrem domini Joannis de Metis praedicti dictum feudum a felicis memoriae domino Cunone abbate monaſterii antedicti aliisque noſtris anteceſſoribus habuiſſe ſeu etiam poſſediſſe. In praemiſſorum omnium teſtimonium ſigillum noſtrum praeſentibus duximus appendendum. Datum feria ſexta ante feſtum b. Laurentii martyris anno dni. M. CC.LXXXVIII.

*CCCXXV. [*Ib. p.* 119. 120.] Henricus de Scharpfenecke dictus de Metis miles habet in feudo omnia bona quae habet in villa Winden. Item omnia quae habet in Vgelnheim. Item bona in Ingenheim quae dominus Otto in feudo ibidem habet ab ipſo H. Item penſ. id. VII. malt. ſiliginis in Offenbach. Item dimidiam decimam in villa Grindeſtat et dimidium ius patronatus eccleſiae inferioris et curiam dictam Huphoff ibidem quam Fridericus de Meckenheim et Cuno de Munfort ab ipſo Joanne in feudo habent.

Item dominus Joannes de Meti recepit in feudum primo in Hychelnheim 32 iugera agrorum ante ſyluam Huchelheimer walde in terminis villae Geckelinger Marg et vocatur die hube. Item 3 iugera agrorum iuxta der Rameſchbeche an der Letengaſsen. Item 6 iugera agrorum ſita an dem Steinacker uff dem Letenuelde. Item 6 iugera in terminis villae Appenhouen halbe by den Erlen die hörent halber in Huchelheimer Mark an dem langen wage. Item I. iug. pratorum ſitum in dem Buchgarten. Item der Burgberg und die Hoffeſtatt da die Schure vſſſtat.

Item Hennekinus de Meti recepit in feudum dimidium iudicium ſeu iurisdictionem in Bochingen et centum cappones pertinentes ad iudicium.

*CCCXXVI. [*Id. lib. p.* 168.] Nos Henricus miles natus quondam domini Wolframmi militis de Fleckenſtein conſtare volumus vniuerſis quod in recompenſam cenſus et vndecim modiorum auenae vulgariter dictorum achteil qui fuerunt feudum a venerabili domino abbate Wiſsenburgenſi et ipſius monaſterio ſuper bonis apud Schlegeldal quae vendidimus Bertholdo dicto Crebeſſere de Wiſsemburg eidem domino abbati eiusque monaſterio de pleno conſenſu coniugis noſtrae filiae dni. Hugonis de Lützelnſtein comitis ac voluntario aſſenſu Wolframi fratris noſtri aſſignauimus bona noſtra in Merckenwilre ſita quae olim fuerunt Werneri ibidem et pratum ſitum apud Surburg dictum Kunigesmatte quod fuit eiusdem Werneri. dictaque bona a praefato abbate recepimus pro cenſu ſeu penſione ſuperius nominata. eandemque penſionem ſeu cenſum nobis conceſſit in feudum dictus dominus abbas nomine ſui monaſterii praefati. In praemiſſorum omnium euidentiam noſtrum et praedicti Wolframmi ſigilla praeſentibus ſunt appenſa. Nos filia dni. Hugonis comitis de Lützelnſtein et Wolframmus praedicti noſtrum plenum conſenſum adhibuimus ad praedicta renunciantes pro nobis et

noſtris haeredibus omnibus defenſionibus et auxiliis tam iuris canonici quam ciuilis quibus poſſemus contra praemiſſa impoſterum adiuuari. Ego quoque Wolframus praefatus meum praeſentibus appendi ſigillum in euidens teſtimonium praedictorum. Datum in vigilia beati Bartholomaei apli. anno dni. M.CC.LXX. ſeptimo.

*CCCXXVII. [*Ib. p.* 47. 48.] Anno domini M.CC.LXXXII. in vigilia beati Andreae apli. quae vigilia tunc fuit in prima dominica Aduentus domini Ludouicus comes Palatinus Reni Dux Bauariae feuda ſua quae habet a Wiſsenburgenſi monaſterio recepit a dno. Edelino abbate Wiſsenburgenſi coram ſereniſſimo domino Rudolpho Romanorum rege ſemper auguſto praeſentibus dno. Gotfrido praepoſito eccleſiae patauienſis qui poſtmodum factus eſt epiſcopus eiusdem loci. dno. Marchione de hochberg. dno. Alberto et dno. Burchardo comitibus de Rotenburg ſororiis praedicti Domini regis. dno. Friderico comite de Liningen. dno. Ottone de ocſenſtein filio ſororis praedicti Domini regis et quam pluribus aliis fide dignis nobilibus et ignobilibus tam clericis quam laicis. acta ſunt haec in clauſtro Wiſsenburgenſi. in ſtupa ipſius domini abbatis anno et die praedictis.

*CCCXXVIII. [*In folio* 59. *cod. Edeliniani a manu diversa a praecedente antiquiore tamen subsequente.*] Dns. hermannus Marchio de Baden recepit in feudum a monaſterio wiſzenburgenſi. Froidenſtein caſtrum. ius patronatus ecclie. et quicquid ibi habet. Item Meineſheim inferius videlicet caſtrum dictum Diepoltzburg. ius patronatus ecclie. et quicquid ibi habet. Item Owe videlicet ius patronatus ecclie. et quicquid ibi habet. Item Seldingen villam. ius patronatus ecclie. et quicquid ibi habet. Item in Sahſenheim ius patronatus ecclie. Item in Durlach ius patronatus ecclie. Item in Malch quicquid ibi habet. Item in Merſch. quicquid ibi habet. Item in Elgeiſheim quicquid ibi habet. Item in Wirmenſheim quicquid ibi habet. Item homines ſpectantes in curiam Merſch. Item vaſallos quos Wernherus et Heinricus dni. de Roſſenwac a predicto monaſterio habuerunt. Actum aput Wiſzenburg in die beati Vrbani anno dni. M.CC. LXXXX. primo. preſentibus de predicto monaſterio. Dno. Wilhelmo Decano. Vlrico Camerario. Heinrico Cuſtode. Iſembardo Cellerario. Johanne hoſpitelario. Hermanno Cantore. Berdoldo ſacerdote. Bartholomeo Infirmario. et Joffrido prepoſito Quatuor turrium. fratribus predicti monaſterii. ac Egenone de Staffel. Canonico eccleſie ſci. Stephani ibidem. et honeſtis militibus videlicet Johanne de Berwarſtein. dno... de Clingenberg. Craftone de Malſch. Gerrungo de Quercubus. Gerlaco fratre eius. Hugone Caluo. Wernhero fratre eius. Friderico de Sebach. Diezelmanno de Burnen. Cvnrado aduocato. Cvnrado de Bergen. Burchardo de alto domo. et Friderico de Heiterbach.

*CCCXXIX. [*Membrana tabularii Spir., pedem dimidium lata et longa circiter duos, longa serie haec recenset, scripta a manu si quidem non coaeva cod. Edeliniano vix tamen multum posteriore.*] Hii ſunt Cenſus dni. Abbatis Wiſzenburgenſis in Hochdorf qui dicuntur die huobecinſe. Primo der kurtz alhelm miles de durenkeim .XXX. ſol. et IIII. hl. de bonis ſuis ibidem.

It. arnoldus dictus gere armiger .IX. vncias cum tribus hl. de bonis fuis.
It. fratres Theutunici domus in Spira .I. lib. minus .X.h. de bonis fuis.
It. heinricus fpete de affenheim et foror fua .V. vnc. h. de bo. f.
It. Ella dicta knebiu .V. fol. h. de bonis fuis.
It. dicta heberin de Spira .XI. fol. cum .I. h. de bonis fuis quorum .III. folidos funt gehubet.
It. heredes dicti Riucke militis .VI. fol. de bonis fuis.
It. dicta habervefin de Reterfheim IIII h. de bonis fuis.
It. dictus fwap de Meckenheim IIII h. de bonis fuis.
It. dictus Lutzeman de Muoterftat .XLII. h. de bonis fuis.
It. Conradus fahfe de Bühel .XLII. h. de bonis f.
It. moniales de febach .XIIII. fol. minus III. h. de bo. f.
It. vlchiu filius dicti baltze militis .XXVIII. h. de bonis patris fui.
It. vxor dni. arnoldi de Meckinheim militis XIIII h. de bonis predictis It. pueri dicti Eckerich militis X fol. et I h. de bo.
It. heredes dicti eygelmar de affenheim .III. fol. cum tribus h. de b. f.
It. Merkliuus Engelries .VIII. vnc. minus .II. h. de bonis fuis Heintze de Rode dat.
It. petrus armiger fenior XVIII h. de bonis fuis.
It. herbort in der gafzen XXVIII h. de bonis fuis.
It. Nicolaus kalp III fol. minus .II. h. de bo. f.
It. Margareta dicta Hüntzin V vnc. cum. .I. h. de bo. fuis.
It. Jacobus buller III f. de bonis fuis.
It. dns. Johannes de fco. Germano et kunegunde foror fua VIII. vnc. minus I h. de bonis fuis.
It. heredes dicti Baltzin militis V. f. et V. hl. de bonis fuis in affenheim.
It. heredes dicti huutzin de affenheim VIII. hl. de bonis fuis.
It. Rudegerus de meckenheim XXXIII h. de bonis fuis.
It. Johannes Rote XVI fol. minus .III. h. de bonis fuis.
It. dns. abbas wifzenburg. I lib. cum .III. f. de bonis Conradi wifzen et Cuonradi dicti lurer. De illis bonis ce. dno. abbati fingulis annis XIIII mald. filig.
It. Nicolaus heydolf de mufpach .II. vnc. h. de bonis fuis ibidem.
It. dni. de mufpach ordinis fci. Johannis XXVIII h. de bonis ib.
It. Meynlach grofze de Lupfenloch XXVIII h. de bonis ibidem.
It. dni. de Vfzerftal .II. h. de bonis fuis in hochdorf.
It. dns. Symundus fleter de lachen VI h. de bonis dicti ode dns. abbas modo dat.
It. heredes dicti fchreynogel fenioris IIII. vnc. cum II h. de bonis fuis.
It. heredes huezin. in affenheim VII. h.
It. Conradus paftor XXIII. h.
It. nycolaus dictus yfenheimer VIII. f. minus II. h.
It. Sigelo dictus kerrin XXVIII h. de bonis fuis.
It. Petrus dictus Lange I. f. h. de bonis f.
It. wentzo dictus Eckelman V. f. de bonis fuis.

It. wentzo filius merklini I. sol. de bo. s.
It. Johannes Lindenberg I. s. h. de bo. s.
It. dictus Gelpse XXXI. h. de bonis suis.
It. pueri fabri de assenheim VIII h. de bonis suis.
It. pueri dti. Ormsheimer VIII. h. de bonis s.
It. herdelinus filius Ormsheimer XLIIII h. de bonis s.
It. dictus wilenstein XXVII. h. de bonis s.
It. Berhtoldus dictus Rote. XLV. h. de bonis suis.
It. Johannes Odenar .XLII. h. de bonis s.
It. Petrus armiger iunior .XI. vnc. minus IIII. h.

Item die huszinse zu hochdorf.

Primo petrus armiger senior .II. vncias h. et duos capones de curia niden an roten hof.
It. wentzo dcs. Eckelman .IIII. vnc. et II cappones. de curia oben an roten hof.
It. Sigel kern .X. sol. h. et duos cappones de curia ibidem iuxta curiam dni. abbatis.
It. petrus filius petri armigeri .II. cappones de curia iuxta curiam dni. abbatis. ex superiori parte.

APPENDIX.

A. Chartae regum et paparum privilegia monasterio praebentes seu confirmantes. (Cf. praef.)

I. Diploma Ottonis II. regis d. a. 967, *in quo primum emunitatis Wizenburgensis descriptio. E libro privil. p.* 13, *cod. Rudolphin. Spir. n.* 6, *collat. cum Schöpflin. Als. dipl. n.* 148, *qui idem prodit e chartulario Weissenb., quod a dictis nostris diversum bellis francogallicis perditum videtur.*

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Otto diuina fauente clementia rex omnibus epis. abbatibus comitibus vicariis centenariis actionariis miſſis noſtris diſcurrentibus ceteriſque fidelibus ſancte dei eccleſie noſtris preſentibus ſcilicet et futuris notum ſit quia ſi erga loca diuino cultui mancipata tuitionem imperialem impertimur et petitiones ſeruorum dei quas nobis pro neceſſitatibus ſuis innotuerint ad effectum perducimus ſine dubio ad eterne beatitudinis premia capeſſenda talia nobis facta proficere non diffidimus. Quopropter compereat omnium veſtrorum induſtria quia Geilo fidelis noſter abbas ex monaſterio quod dicitur wiſſenburg quod eſt conſtructum in honore ſancti petri principis apoſtolorum veniens ad nos narrauit nobis quod fratres predicti cenobii noſtram expetiſſent clementiam circa regiam donationem et circa ipſam marcam quam Pippinus quondam imperator utilitati et ſeruicio eorum ſub emunitatis firmatione contradidit et poſtea Ludewicus aliique anteceſſores noſtri reges ſua auctoritate firmauerunt quo noſtra firmaretur. quod libenti animo ſuſcipientes iuxta peticionem eorum fieri decreuimus limites locorumque nomina circumiacentium ſcribi uel nominari iuſſimus. Que pertinent ad orientalem plagam monaſterii uſque ad morchenhofena et ad altenherde et inde ad geboldeſwege et inde ſubter vadum lutre et inde ad buozingeſhurſt et inde ad limitem qui ſtat in ſummitate vallis iuueneſdal nominate et inde ducitur ad meridianam vero plagam ſuper waraheſbach et inde ad bodemeloſenſtamphe et inde ad ſebach et inde ad kirkendale et inde ad ingoldeſhaha et inde ad ſiluoſos montes uſque in locum qui dicitur bedebur. Ad occidentalem uero plagam uſque ad lutenbach et berenbach et inde ad erlinbach et inde ad grunenburnen et inde ad odericheſcheit. Ad ſeptentrionalem plagam uſque ad eichineberg et inde ad utdolueſdale et inde ad ſummitatem fluuii qui dicitur otterbach una cum villa ſicut antea ad prefatum cenobium aſpexiſſe dinoſcitur ſeu mancipiis ſiluis vineis campis pratis paſcuis aquis aquarumque decurſibus vel quantumcumque duce domino ibi emeliorare potuerint iuxta quod dilatio ipſius abbatis decreuerit abſque cuiuſlibet impedimento teneant firmiſſime. ſimiliter talem ipſo abbati cognoſcite conceſſiſſe proprietatem et fratribus ut quicquid in ipſa marcha enutrire aut ſaginare vel venatu

conquirere homines eorum potuerint ex noſtra indulgentia noſtris futurisque temporibus valeant habere traditum atque firmatum. Iuſſimus quoque ob remedium anime noſtre prefato cenobio cartam tuicionis gratia firmatam conſcribi per quam precipimus ut nullus iudex publicus aut ullus epiſcopus vel quilibet ex iudiciaria poteſtate ſeu alia aliqua perſona quicquam poteſtatis aut negotii in illa marca et in rebus predictis ſupradicti monaſterii ſine abbatis licentia exercere vel habere preſumat nec homines iſtius loci tam ingenuos quam ſeruos iniuſte diſtringere vel ad cauſas audiendas vel freda aut tributa ſoluenda aut manſiones vel paratas faciendas aut fideiuſſores tollendos cogere vel quicquam penitus exigere audeat ſed ſub noſtre emunitatis defenſione omnia illuc aſpicientia abbas quieto ordine abſque ulla moleſtia poſſideat. Et ut hoc noſtre auctoritatis preceptum firmum et ſtabile permaneat anuli noſtri impreſſione ſignari iuſſimus et manu propria ſubtus firmauimus.

Signum domini Ottonis ſereniſſimi regis. Ambroſius inotarius ad vicem Hupperti archicapellani notaui.

Data VIII. kal. Nouemb. anno dominice incarnationis DCCCCLXVII. indict. X. anno vero regni ſereniſſimi regis Ottonis VII. Actum Verona in dno. feliciter amen.

II. Dipl. Ottonis II. imperatoris d. a. 974, *quo monasterio facultatem eligendi abbatis a patre concessam confirmat. Ex Als. dipl. n.* 132 *Schöpflini, qui ex authentico tabularii Weissenb. hausit perdito ut videtur cum aliis. Cod. privil. p.* 14. *Cod. Spir. n.* 7.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Otto diuina fauente clementia imperator auguſtus. Quoniam regie uel imperatorie dignitatis officium eſt loca venerabilia diuino cultui preparata contra irruentes undique moleſtias auctoritatis ſue defenſione munire et ne ab ſtatu ſuo vacillent nouis ſemper priuilegiis roborare, idcirco nos rogatu et admonitione dilectiſſime genetricis noſtre domne adalheidis et archiepi. noſtri adalberti pro ſtatu regni vel imperii noſtri ſollicite cogitantes monaſterium wizenburgenſe meritis beati Petri apoſtolorum principis dicatum ſicut ab anteceſſoribus noſtris regibus vel imperatoribus priuilegiis eſt munitum noſtre etiam auctoritatis precepto munire et roborare decreuimus et electionem eligendi abbatem ſicut beate memorie piiſſimus genitor noſter monachis eiusdem cenobii conceſſit noſtra etiam imperialis ſerenitas preſenti hoc precepto liberaliter concedit ut eo liberius in dei ſeruicio perſiſtant et pro noſtra ſalute nullo moleſtante eo quietius orare valeant. Talem igitur eis libertatem auctoritate noſtra concedimus qualem fuldenſe monaſterium vel augienſe ſeu prummienſe videntur habere et eodem liberalitatis vel dignitatis honore volumus vigere. Et ut hoc auctoritatis noſtre priuilegium ſeu preceptum per ſucceſſura ſemper tempora firmum et ſtabile permaneat cartam hanc conſcribi et anuli noſtri impreſſione ſignari iuſſimus quam et manu propria ſubtus firmauimus.

Signum domni Ottonis magni et inuictiſſimi imperatoris auguſti. Uuilliſus notarius ad vicem rotberti archicancellarii ſubſcripſi.

Data V. kal. Iul. anno incarnationis dominice DCCCCLXXIV indictione I. anno regni dni. Ottonis XIII. imperii VI. Actum Wormatie.

III. Dipl. Heinrici IV. confirmans emunitatem, in quo eadem a Pippino quondam imperatore (!) tradita postremo dicitur, d. a. 1067. *Ap. Schöpflin. Als. dipl. n.* 219 *ex authentico tabul. Weissenb. Cod. privil. p.* 19. 20.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia rex. Notum ſit omnibus xpi. noſtrique fidelibus tam futuris quam preſentibus qualiter fidelis noſter Samuel abbas ex monaſterio quod dicitur Wizenburg quod eſt conſtructum in honore ſancti petri apoſtolorum principis veniens ad nos narrauit nobis quod fratres predicti cenobii noſtram expetiſſent clementiam circa regiam donationem et circa ipſam marcam quam Pippinus quondam imperator utilitati et ſeruicio eorum ſub emunitatis firmatione contradidit et poſtea Hludouuicus et bone memorie pater noſter Heinricus imperator auguſtus aliique anteceſſores noſtri reges vel imperatores ſua auctoritate firmauerunt. quo noſtra firmaretur. Quod libenti animo ſuſcipientes iuxta peticionem eorum fieri decreuimus limites locorumque nomina circumiacentium ſcribi vel nominari iuſſimus. que pertinent ad orientalem plagam monaſterii uſque ad morechenouena et ad aldenherde et inde ad geboldeſuvege et inde ſubter vadum hlutrae et inde ad buotzdingeſhurſt et inde ad limitem qui ſtat in ſumitate vallis iuveneſdal et inde ducitur ad meridianam plagam ſuper uuaraheſbach et inde ad bodomeloſenſtamphe et inde ad ſebach et inde ad kirkendale et inde ad ingoldeſaha et inde ad ſiluoſos montes uſque ad locum qui dicitur bedebur. ad occidentalem vero plagam uſque lutenbac et berenbac et inde ad erlinbac et inde ad gruonenbrunnen et inde ad odericheſſceit. ad ſeptentrionalem plagam uſque ad eichineberg et inde ad utdolueſdale et inde ad ſumitatem fluuii qui dicitur otterbac una cum villa ſicut antea ad prefatum cenobium aſpexiſſe dinoſcitur ſeu mancipiis ſiluis vineis campis pratis paſcuis aquis aquarumue decurſibus vel quantumcunque duce chriſto emeliorare potuerint iuxta quod dilatio ipſius abbatis decreuerit abſque cuiuſlibet impedimento teneant firmiſſime. Similiter talem ipſo abbati cognoſcite conceſſiſſe poteſtatem et ceteris fratribus ut quicquid in ipſa marcha enutrire aut ſaginare vel venatu conquirere homines eorum potuerint ex noſtra indulgentia futuris temporibus valeant habere firmatum atque traditum eo quoque tenore ut nullus iudex publicus aut ullus epiſcopus vel quiſlibet ex iudiciaria poteſtate quicquam poteſtatis vel negotii in ipſa marca ſine abbatis licentia exercere vel habere preſumat nec homines ipſius loci tam ingenuos quam ſeruos diſtringere vel ad cauſas audiendas vel freda aut tributa ſoluenda vel quicquam penitus exigere audeat ſed ſub noſtre emunitatis defenſione omnia illuc pertinentia abbas quieto ordine poſſideat. Et ut hoc noſtre auctoritatis preceptum firmum et ſtabile permaneat ſigilli noſtri impreſſione ſignari iuſſimus manuque propria ſubtus firmauimus.

Signum domni Heinrici quarti regis. Sigehardus cancellarius vice Sigefridi archicancellarii recognoui.

Data . . . anno dominice incarn. MLXVII. indict. V. anno autem ordinationis domni Heinrici quarti regis XIIII. regni vero XI. Actum Spire amen.

IV. Diploma Heinrici IV. imperatoris d. a. **1102** *abbatiae prisca iura restituens, in quo prima de Dagoberto monasterii fundatore mentio. Cod. Spir. n.* 10. *Ap. Schöpflin. Als. dipl. n.* 232 *ex auth.*

In nomine fancte et indiuidue trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia tertius Romanorum imperator auguftus. Notum fit omnibus Chrifti noftrisque fidelibus tam futuris quam prefentibus qualiter fidelis nofter abbas wizenburg. ecclie. Stephanus nomine clementiam noftram Moguncie adiit in confpectu omnium qui tunc ibi aderant principum. videlicet Friderici Colonienfis. Brunonis Treuerenfis archiepifcoporum. Johannis Spirenfis. Emehartdi Wirceburgenfis. Uodonis Hildenefheimenfis. Heinrici Podalbrunnenfis. Burchartdi Monafterienfis. Widelonis Mindenfis. Adalberonis Metenfis. Burhartdi Traiectenfis. Cuononis Strazburcgenfis eporum. Friderici. Heinrici ducum ceterorumque fidelium noftrorum conquerendo exponens exponendo conquerens calamitates et oppreffiones quas feruientes et familia ecclefie fibi commiffe fuftinuit. ab his precipue qui fub aduocati nomine eandem ecclefiam deberent defendere et maxime ab Ecberto tunc temporis aduocatiam a duce Friderico in beneficium retinente. qui fregerunt ftatuta et decreta que eadem ecclefia accepit a fundatore fuo Dageberto rege compellentes eos iniufte non reddenda reddere. cuius querimonie iufte condolentes pro remedio anime parentum noftrorum videlicet Conradi aui noftri. Heinrici patris noftri imperatorum. Gifele aue noftre. Agnetis matris noftre. Bertte coniugis noftre imperatricum pro falute anime noftre ac filii noftri quinti regis Heinrici et pro ftabilitate regni et imperii wizenburcgenfem ecclefiam xpo. et apoftolis eius Petro et Paulo fpecialiter attitulatam fundatoris fui legibus deftitutam in leges et in iura fundatoris fui Dageberti regis hoc modo reftituimus. Fecimus uidelicet feruientes ac familiam eiufdem ecclefie iurare ut nec adderent nec minuerent fed in ueritate dicerent quid iuris domino fuo abbati quid aduocato ecclefie quid fibimet ipfis retinere deberent. At illi ficut erant commoti fub lege facramenti id dicebant effe fui iuris ut quicunque feruiens wizenburcgenfis ecclefie ex domino abbate beneficium haberet foli abbati feruiret nec aliquam poteftatem fuper eum aduocatus exerceret nifi forte ex aliqua inobedientia quafi rebellem illum feruientem conftringendum abbas eundem aduocatum inuitaret. Affirmabant etiam fub eodem facramento illud idem ius illum hominem retinere debere quemcunque de familia eiufdem loci abbas in beneficium feruientis vellet promouere. Reliqua uero familia legitimo loco et tempore ter in anno pro iuftitia facienda ad placitum aduocati debent conuenire et id feruicium aduocati fi prefens eft finguli fingulos denarios foluere exceptis his qui funt conftituti in munitate. Quod fi ex his placitis abfens fuerit aduocatus nihil ei ex his denariis debetur nifi in feruicio aut imperatoris aut ducis effe probetur. Illud quoque inter omnia veraciter affirmabant quod nullum ex his qui vulgo poftaduocati nominantur ad placitandum recipere debeant. Hanc eorum iuftitiam ficut ex ore eorum per facramentum audiuimus ex aliis iniufte corruptam nos iufte eis redintegrauimus atque in eternum poffidendam ecclefie wizenburgenfi tradendo firmauimus firmando tradidimus et querimoniam quam Moguncie

audiuimus per hanc cartam Spire conſcriptam finiuimus multis ex his qui Moguncie conuenerant principibus et Spire preſentibus. videlicet Johanne Spirenſi. Cuonone Strazburgenſi. Widelone Mindenſi. Adalberone Metenſi. ſuperuenientibus etiam Spire qui non erant Moguncie. Burchartdo Baſilienſi epo. et duce Diederico cum ceteris fidelibus noſtris. Et ut hoc nullus imperator nullus rex nullus dux nulla perſona parua vel magna infringere audeat ſed firmum et inconuulſum omni euo permaneat hanc cartam inde conſcribi et ut infra uidetur propria manu noſtra corroboratam ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri.

Signum domni Henrici tercii Romanorum imperatoris auguſti. Walkerus cancellarius uice Rothardi archicancellarii recognoui. Anno dominice incarnationis milleſimo CII. indictione IV. anno autem ordinationis domni Heinrici tercii Romanorum imperatoris auguſti XLVIII. regni quidem XLVI. imperii vero XVIII. Data III. id. Febr.

Actum Spire feliciter in nomine domini ihu. amen.

V. Alexandri III. papae bulla d. a. **1179,** *qua possessiones et iura monasterii confirmantur. Cod. privil. p.* **42. 43. 44.**

Alexander epiſcopus ſeruus ſeruorum dei dilectis filiis Gundelaho abbati wiſſenburgenſi eiuſque fratribus tam preſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis in p. r. m. Diuine miſeracio poteſtatis nos ad hoc in apoſtolice ſedis adminiſtracionem conſtituit ut paternam omnibus eccleſiis ſollicitudinem uigilanter gerere ſtudeamus et earum iura noſtre auctoritatis munimine illeſa conſeruemus. Condecet autem ut eccleſie ac venerabilia loca que ad ſpeciale ius per ſingularem proprietatem ſancte Romane cui deo auctore ſeruimus ſpectant eccleſie ſpecialioris prerogatiue forciantur honorem ac defenſionem. Igitur dilecte in domino fili abbas Gundelace tuis ac tuorum fratrum iuſtis poſtulacionibus clemencius annuentes beatorum apoſtolorum petri et pauli monaſterium cui deo auctore preſides ſub apoſtolice ſedis tutela et protectione ſuſcipimus atque preſenti priuilegio communimus. ſtatuentes eciam ut quaſcumque poſſeſſiones quecumque bona in eccleſiis villis terris cultis vel incultis ſeu decimacionibus in epiſcopio ſpirenſi wormacienſi argentinenſi atque metenſi habitis idem monaſterium in preſenciarum iuſte et legittime poſſidet aut in futurum conceſſione pontificum liberalitate regum imperatorum vel principum oblacione fidelium ſeu aliis modis deo propicio poterit adipiſci vobis veſtriſque ſucceſſoribus firma et illibata permaneant. in quibus hec propriis duximus exprimenda vacabulis. curtim videlicet in matra cum omnibus appendenciis ſuis et ſalicam decimam. curtim in brunigheſtorff cum ſuis appendenciis et ipſam eccleſiam cum tota decima in libera marcha. allodium in rode. curtim in clinga cum omnibus ſuis appendenciis et eccleſiam trunniſwilre cum decima. curtim in bullencheim cum ſuis appendenciis et ipſam eccleſiam cum decima. duas eccleſias in othenſhem et curtim cum omnibus ſuis appendenciis. eccleſiam in friſbach cum decima et curtim cum ſuis appendenciis. eccleſiam hochdorf cum decima et curtim cum ſuis appendenciis. eccleſiam lamſheim cum decima et curtim cum ſuis appendenciis. eccleſiam heſſeheim cum decima et curtim cum ſuis

appendenciis. ecclefiam munnenheim cum decima et curtim cum fuis appendenciis. et curias in wormacia. ecciam. in hagenbach cum decima et curtim cum fuis appendenciis. curtim in altdorf cum fuis appendenciis. curtim in gebeltingen cum fuis appendenciis. quatuordecim fedes ad fal coquendum in marfelen et allodium in rihe et heilichmere. preterea libertatem et prerogatiuam a bone memorie Innocentio et aliis predecefforibus noftris Romanis pontificibus atque piiffimis regibus fiue imperatoribus dagoberto videlicet fupradicti loci fundatore pippino karolo ludwico arnulfo cunrado tribus ottonibus quatuor heinricis ecclefie tue collatam nichilominus inuiolatam ac ftabilem permanere decernimus. fcilicet ut tibi tuifque fuccefforibus fit poteftas baptizandi. obeunte vero te nunc eiufdem loci abbate vel tuorum quolibet fuccefforum nullus ibi qualibet furreptionis aftutia feu violentia preponatur nifi quem fratres communi confenfu feu maior pars fanioris confilii fecundum dei timorem et beati benedicti regulam preuiderint eligendum. Sepulturam quoque ipfius loci liberam effe concedimus ut eorum qui fe illic fepeliri deliberauerint deuocioni et extreme voluntati nifi forte excommunicati fint vel interdicti nullus obfiftat. falua tamen iuftitia parochialium ecclefiarum a quibus mortuorum corpora affumuntur. decernimus ergo ut nulli omnino homini liceat prefatum monafterium temere perturbare aut eius poffeffiones auferre vel ablatas retinere minuere feu quibuflibet vexationibus fatigare fed omnia integra conferuentur eorum pro quorum gubernacione et fuftentacione conceffa funt vfibus omnimodis profutura falua fedis apoftolice auctoritate et diocefani epi. canonica iufticia. Si qua igitur in futurum ecclefiaftica fecularisve perfona hanc noftre conftitucionis paginam fciens contra eam temere venire temptauerit fecundo tertioue commonita fi non fatisfactione congrua emendauerit poteftatis honorifque fui dignitate careat reamque fe diuino iudicio exiftere de perpetrata iniquitate cognofcat et a facratiffimo corpore et fangwine dei et dni. redemptoris noftri ihu. xpi. aliena fiat atque in extremo examine diftricte vltioni fubiaceat. Cunctis autem eidem loco iura feruantibus fit pax dni. nri. ihu. xpi. quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et aput diftrictum iudicem premia eterne pacis inueniant amen.

Ego Alexander catholice ecclefie eps. ffc. Ego hubaldus hoftienfis eps. ffc. Ego Jo. pbr. card. fcorum. Jo. et La. tit. Pamachii ff. Ego Johs. pbr. Cardinal. tit. fancte anaftafie ff. Ego Cuonradus falzp. ecclefie humilis minifter et Sab. eps. ff. Ego Theod. pbr. card. fcti. Vitalis tit. Veftine ff. Ego Cinthius pbr. card. tit. fce. Cecilie ff. Ego Hugo pbr. card. tit. fci. Clementis ff. Ego Jacinctus diac. card. fce. Marie in Cofmidin ffc.

Datum Lateranen. per manum Alberti fce. Romane Ecclefie pbri. cardinal. et cancellarii. VIII. idus aprilis indictione XII. incarnacionis dominice anno MCLXXIX. pontificatus vero dni. Alexandri pape tertii anno XX.

Sequuntur confirmationes pontificum Celestini III. d. a. 1193 *et Innocentii III. d. a.* 1215 *eisdem fere verbis; sed adduntur quaedam in recensione bonorum:* hec propriis duximus exprimenda uocabulis. locum ipfum in quo prefatum monafterium fitum eft cum omnibus pertinenciis fuis. ecclefiam in kirwilre et curtim cum fuis appendenciis. ecclefiam in vrwilre

et curtim cum suis appendenciis. decimam in donkendorf. curtim in westhofen cum suis appendenciis. curtim in matra et cum omnibus appendenciis suis et salicam decimam. curtim in bruoningesdorf cum suis appendenciis et ipsam ecclesiam cum tota decima in libera marcha. allodium in rode. curtim in elinga cum omnibus suis appendenciis. et ecciam. trunswilre cum decima. curtim in bullenkeim cum suis appendenciis et ipsam ecclesiam cum decima. duas ecclesias in ottensheim et curtim cum omnibus suis appendenciis. ecclesiam in frisbach cum decima et curtim cum suis appendenciis. ecclesiam hochdorf cum decima et curtim cum suis appendenciis. ecclesiam lamsheim et curtim cum suis appendenciis. ecclesiam hesseheim et curtim cum suis appendenciis. ecclesiam mumenheim et curtim cum suis appendenciis. et curias in wormacia. ecclesiam in hagenbach cum decima et curtim cum suis appendenciis. curtim in altdorf cum suis appendenciis. curtim in gebeltingen cum suis appendenciis. quatuordecim sedes ad sal coquendum in marselen et allodium in rihe et heilichmere. Sane noualium vestrorum que propriis manibus aut sumptibus colitis siue de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Libertates preterea et immunitates nec non rationabiles et antiquas consuetudines monasterio uestro concessas et hactenus obseruatas ratas habemus et eas futuris temporibus illibatas permanere sancimus.

VI. Diploma Alberti regis d. a. 1303, *quod post chartas imperatorum describentes emunitatem eamque asserentes traditam a Pippino primum exhibet transsumtam chartam Dagobertinam, qua dicitur fundatum monasterium et tradita emunitas. Sequuntur transsumtae chartae duae genuinae, prior Heinrici V. d. a.* 1111, *quae et extat ap Schöpflin. Als. dipl. n.* 240 *ex autographo, et posterior Friderici Barb. d. a.* 1187, *quae et in cod. Spir. n.* 11 (*Mon. B.* 31 1, *n.* 226). *E cod. privil. p.* 21—26.

Albertus dei gratia Romanorum rex semper augustus. Vniuersis sacri Romani imperii fidelibus imperpetuum. Regalis excellencia tunc precipue auctori suo per quem sumpsit plenitudinem potestatis deuotionis sue reddit meritum cum ob eius reuerenciam religiosarum personarum iustis supplicacionibus se inclinans venerabilia ipsarum loca et in eis dno. famulantes pia studet prouidencia in suis iustis peticionibus consouere. hac itaque consideracione ducti notum esse volumus tam presentibus quam futuris quod constitutus in nostre maiestatis presencia venerabilis Egidius abbas ecclesie wissenburgensis princeps noster dilectus nobis humiliter supplicauit ut priuilegium inclite recordacionis Dagoberti regis francorum nec non et priuilegia diue memorie Heinrici quarti et Friderici Romanorum imperatorum antecessorum nostrorum indulta sue ecclesie et concessa approbare ratificare innouare et confirmare de beneuolencia benignitatis regie dignaremur. Quorum tenores de verbo ad verbum secundum ordinem presentibus inferuntur. Primo priuilegium Dagoberti regis francorum sic incipit. Dagobertus diuina fauente clemencia francorum rex omnibus regni sui primatibus immo cunctis fidem xpianam profitentibus tam futuris quam presentibus votum quo deo vel sanctis eius se quis obligauerit sine macula reatus irritum fieri non

poterit. et quanto maior et dignior eſt is cui vouetur eo ferietur grauiori iudicio uouentis et non reddentis preſumpcio. Debemus igitur et volumus nos quoque reddere quod uouimus dno. deo terribili et ei qui aufert ſpiritus principum terribili aput omnes reges terre. Qui qualiter in brachio ſue virtutis et nos terruerit et qualiter percutiens et ſanans rurſus nos viſitauerit omnibus ad exemplum correctionis notum fieri dignum duximus precipue ut quiſque fidelis audito noſtro periculo ab eccleſiarum dei uaſtacione ſe contineat et honorem congruum rebus deo dicatis exhibeat. Primum ergo de diuina ſuper nos habita terribiliter examinatione poſtea de voto et voti noſtri redditione breuiter exponemus. Patre meo Clothario felicis memorie defuncto patrii regni curam ſuſcepi ſed uiuendi ductus leuitate dominandique cupiditate diſtractus regalis officii debitum neglexi nichil exhibens commiſſis ſollicitudinis vel diligencie nichil faciens vel iudicans manſuetudinis aut zelo iuſticie. Inter alios exceſſus meos eccleſiarum dei deſtructor et diſſipator eſſe ceperam quarum defenſor et ſublimator eſſe debueram nec diuine maieſtatis oculos nec hominum veritus acclamacionem. tandem dei benignitas obſtinate mentis ſuperbiam conterens virga correpcionis iniquitates meas viſitauit et caſtigato michi veniam non negauit. Nam raptus in ſublime diuineque maieſtati inter choros ſanctorum in habitu iudicantis ſedenti preſentatus a ſanctiſſimis eccleſiarum patronis pro rebus eccleſiaſticis per rapinam diſtractis a me et conſumptis grauiter et inſtanter ſum accuſatus. maxime a ſanctiſſima dei genitrice maria et a beatiſſimis petro et paulo apoſtolorum principibus. cumque conſciencia grauatus non auderem delicta defendere ex arbitrio preſidentis pene ſum adductus diuque ceſo et penis atrocibus confecto ſuccurrit michi tandem ſpecialis meus patronus martir dioniſius qui precibus ſuis et inſtantis pene dilationem et penitencie michi tempus obtinuit. idem ipſe quaſi modum ſtatuens penitencie in hoc michi ſpem plene poſuit indulgencie. ſi ad honorem dei et ſanctorum predictorum quos magis offenderam domum diuinis aptam ſeruiciis conſtruerem. qua promiſſione letatus libens voui dimiſſusque a ſuperis redii. Igitur ſub certa ſpe remiſſionis et indulgencie peccatorum noſtrorum reddentes alacri ſtudio votum quod fecimus eccleſiam in honorem ſancte trinitatis et ſancte marie perpetue virginis et ſanctorum apoſtolorum petri et pauli in loco qui dicitur wiſſenburg conſtruximus quam ſublimare et regali munificencia ditare decreuimus. Donamus ergo ei et in perpetuum datum eſſe volumus de rebus fiſci noſtri illic adiacentibus quicquit ad nos ſpectat tam in villis quam mancipiis ſiluis vineis campis pratis paſcuis aquis aquarumue decurſibus et omnia hec in uſum fratrum ibidem ſub monaſtica profeſſione deo ſeruiencium libera tradicione redigimus. et ut huius noſtre donacionis auctoritas in omne tempus ſtabilis et firma perſeueret terminos et circumiacencium nomina locorum ſubnotare curauimus. Verſus orientalem plagam extenditur marcha quam tradidimus uſque ad morchenhofen et ad altenherde et inde ad geboldeſwege et inde ſubter vadum lutre et inde ad buozdingeſhurſt et inde ad limitem qui ſtat in ſummitate vallis iuueneſdal et inde ducit ad meridianam plagam ſuper warnſpach et inde ad bodemeloſeſtamphe et inde ad ſebach et inde ad kirchdale et inde ad ingoldeſhahe et inde ad ſiluoſos montes uſque ad bedebur. ad

occidentalem vero plagam usque ad lutembach et berenbach et inde ad erlebach et inde ad grunenburnen et inde ad otterichscheit. ad septentrionalem plagam usque ad eicheneberg. locum autem ipsum quem singulari amplectimur dilectione nunc et deinceps ab omni seruitutis oppressione liberum sub regali volumus esse tuicione. ita videlicet ut nullus iudex publicus nullus ex iudiciaria potestate quicquam potestatis vel negotii in ipsa marca sine patris monasterii licencia exercere vel habere presumat nec homines ipsius loci constringere vel ad causas audiendas aut freda vel tributa soluenda postremo nichil penitus ab eis audeat exigere. illud eciam pari decreuimus auctoritate ut nullus pontificum nemetensis ciuitatis vel reliquorum episcoporum aliquam ibidem dominandi vel quaslibet causas agendi habeant facultatem sed sub nostre emunitatis defensione omnia illuc pertinentia pater monasterii cum fratribus suis libere et quiete possideat. ad hec monetam in se habentem imagines et literas expressamque similitudinem nemetensis monete eidem loco concedimus parique nostre auctoritatis donacione ratum et firmum esse uolumus ut homines eiusdem ecclesie per omnes fines regni nostri libere negotiis suis inseruiant. ita uidelicet ut nulli debitum theolonei persoluant et nullus iudex seu quelibet cuiuscumque ordinis persona in huiusmodi causa violenciam eis aliquam inferre presumat fratribus autem ibidem deo seruientibus ut eo deuotius et tranquilius sancte conuersacionis ordinem custodiant liberam inter se eligendi sibi abbatem donamus potestatem. cui abbati omnibusque ei succedentibus hoc speciale concedimus priuilegium dignitatis ut in ordinem et ius possit promouere ministerialem quemcumque de familia tali honore dignum iudicauerit. omnes eciam ministeriales eiusdem ecclesie ex dno. abbate accipiant beneficium solique abbati seruiant nec aliquam potestatem super eos aduocatus exercere audeat nisi forte ex aliqua inobedientia quasi rebelles illos ministeriales constringendos abbas aduocatum inuitet. reliqua vero familia legittime loco et tempore ter in anno pro iusticia facienda ad placitum aduocati debent conuenire et in seruicium aduocati si presens est singuli singulos denarios soluere exceptis hiis qui sunt in munitate. quod si ex hiis placitis absens fuerit aduocatus nichil ei ex hiis denariis debetur nisi in seruicio regis esse probetur. Ut autem hec nostra tradicio et iuris et concesse dignitatis institucio stabilis et inconuulsa iugiter permaneat cartam hanc inde conscriptam adiectione sigilli nostri roboratam signauimus. Datum quod fecimus in ipso monasterio mense maio die XV. anno regni nostri XXIII. in xpi. nomine feliciter amen. Dagobertus rex. Item priuilegium Heinrici quarti imperatoris incipit in hec verba. In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia quartus Romanorum imperator augustus. Notum sit omnibus xpi. nostrisque fidelibus tam futuris quam presentibus qualiter fidelis noster abbas Meingaudus wissenburgensis ecclesie clementiam nostram spire adiit in conspectu omnium qui tunc ibi aderant principum nostrorum videlicet Friderici coloniensis archiepi. Brunonis treuerensis archiepi. episcoporum Brunonis spirensis Erlungi wirzeburgensis Burghardi monasteriensis Burkardi traiectensis Eberhardi eistetensis Ottonis babenbergensis Chunonis strassburgensis Oberti leodiensis ducumque Friderici Theoderici ceterorumque

fidelium nostrorum conquerendo exponens exponendo conquerens calamitates et oppressiones quas seruientes ac familia ecclesie sibi commisse sustinuit ab hiis precipue qui sub aduocati nomine eandem ecclesiam deberent defendere et maxime ab Egeberto tunc temporis aduocatiam a duce Friderico in beneficium retinente qui fregerunt statuta et decreta que eadem ecclesia accepit a fundatore suo Dagoberto rege conpellentes eos iniuste non reddenda reddere. cuius querimonie iuste condolentes pro remedio anime patris nostri felicis memorie Heinrici imperatoris matrisque nostre pie memorie imperatricis Berchte nostreque et corporis salute et pro imperii et regni nostri stabilitate wissenburgensem ecclesiam xpo. et apostolis eius petro et paulo specialiter attitulatam fundatoris sui legibus destitutam in leges et in iura fundatoris Dagoberti regis hoc modo restituimus. fecimus videlicet seruientes ac familiam eiusdem ecclesie iurare ut nec adderent nec minuerent sed in veritate dicerent quid iuris dno. suo abbati quid aduocato ecclesie quid sibimet ipsis retinere deberent. at illi sicut erant commoniti sub lege sacramenti id dicebant esse iuris sui ut quicumque seruiens wissenburgensi ecclesie ex dno. abbate beneficium haberet soli abbati seruiret nec aliquam potestatem super eum aduocatus exerceret nisi forte ex aliqua inobediencia quasi rebellem illum seruientem constringendum abbas eundem aduocatum inuitaret. affirmabant eciam sub eodem sacramento illud idem ius illum hominem retinere debere quemcumque de familia eiusdem cenobii abbas in beneficium seruientis vellet promouere. reliqua vero familia legittimo loco et tempore ter in anno pro iusticia facienda ad placitum aduocati debent conuenire et in seruicium aduocati si presens est singuli singulos denarios soluere exceptis hiis qui sunt constituti in munitate. quod si ex hiis placitis absens fuerit aduocatus nichil ei ex hiis denariis debetur nisi in seruicio aut imperatoris aut ducis esse probetur. illud quoque inter omnia veraciter affirmabant quod nullum ex hiis qui vulgo subaduocati nominantur ad placitandum recipere debeant. hanc eorum iusticiam sicut ex ore eorum per sacramentum audiuimus ex aliis iniuste corruptam nos eis iuste reintegrauimus atque in eternum possidendum ecclesie wissenburgensi tradendo firmauimus et firmando tradidimus et queremoniam supradicti abbatis per hanc cartam spire conscriptam finiuimus multis principibus qui illuc confluxerant presentibus. et ut hoc nullus imperator nullus rex nullus dux nulla persona parua uel magna infringere audeat sed firmum et inconuulsum omni euo permaneat hanc cartam inde conscribi et ut infra uidetur propria manu corroboratam sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Datum sexto idus augusti indictione quarta anno dominice incarnationis M.C.XI. regnante Heinrico quarto rege Romanorum anno sexto. imperante primo. actum est spire feliciter amen. Item priuilegium Friderici imperatoris quod sic incipit. In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Fridericus diuina fauente clementia Romanorum imperator augustus. Rationi consonum et pietati proximum credimus ea que a diue memorie antecessoribus nostris imperatoribus et regibus ecclesiis dei iusta donacione collata et confirmata sunt auctoritatis nostre vigore roborari quatenus eorum quorum in hoc facto vestigia imitamur desiderate penes deum retribucionis premia consequi

poſſimus. Conſiderantes itaque et certa ſollercie noſtre circumſpectione perpendentes quanto venerabilis eccleſia beati petri in wiſſenburg diuorum imperatorum et regum ſtudio dicata et dotata fuerit et precipue a feliciſſime recordacionis Dagoberto rege eiuſdem eccleſie fundatore et dno. Ottone imperatore primo et filio eius Ottone ſecundo ad laudem et profectum diuini cultus dignis adaucta priuilegiis ad noſtre ſerenitatis tempora feliciter excreuerit eaque ex ipſius dni. Dagoberti regis et predictorum imperatorum ceterorumque anteceſſorum noſtrorum ſcriptis eidem eccleſie collata dinoſcuntur piisque peticionibus fidelis noſtri Gundelaci ſupramemorati loci abbatis clementer annuentes preſentis priuilegii auctoritate duximus roboranda. Decreuimus igitur et huius imperialis pagine vigore ſancimus ut fratres in ipſa eccleſia beati petri in wiſſenburg poſt abbatis ſui deceſſum liberam habeant facultatem paſtorem eligendi liceatque abbati in emunitate eccleſie in ſiluis paſcuis agris aquarum decurſibus ordinare edificare et facere que ſint ad honorem et communem eccleſie utilitatem ſine cuiuſquam contradictione. hiis addentes ut prebendarii eccleſie cottidianis fratrum dediti ſeruiciis ab omni exactione aliorumque onerum quibus aduocaticii homines tenentur impedimentis habeantur immunes. quin eciam ad conſeruandam eccleſie familiam inhibitum habere volumus ne liceat miniſterialibus eccleſie predia ſua aliis quibuſlibet eccleſiis niſi tantum maiori ſue eccleſie per manum abbatis conferre ne ſub hac ſpecie uxores de aliena familia ducte talem dotis nomine poſſideant hereditatem. volumus eciam ut uxores decedentibus maritis ius laris quod vulgo dicitur hertrecht perſoluere teneantur et ipſorum propinqui ipſis defunctis ius memoratum reddere non ſuperſedeant. preterea firmum haberi decreuimus ut nulli omnino perſone infra terminos wiſſenburgenſis eccleſie ſine abbatis aſſenſu liceat temere quicquam ordinare ſed in omnibus et per omnia eadem lege eademque libertate ſe gaudeat ſubnixam qua fuldenſis et augienſis et prumienſis perfruitur eccleſia. Statuimus igitur et imperiali firmiter auctoritate ſancimus ut nulla omnino perſona magna vel parua ſecularis vel eccleſiaſtica huic priuilegio noſtro auſu temeritatis contradicere preſumat et aliquatenus ei contraire. quod qui fecerit in vindictam ſue preſumptionis indignationi noſtre uſque ad condignam ſatisfactionem ſe nouerit ſubiacere. Teſtes qui facto interfuerunt. Fridericus prepoſitus ſancti Thome in Argentina. Sifridus prepoſitus de Egera. Conradus prepoſitus de omnibus ſanctis in Spira. Comes Heinricus de Gretzingen. Otto de Walteken. Otto de Geroldeſecke et Burckardus frater eius. Bechtoldus de Kunigeſburg et alii quam plures. Actum anno dominice incarnacionis Milleſimo centeſimo LXXX.VII. indict. quinta. regnante dno. Friderico glorioſiſſimo Romanorum imperatore ſemper auguſto anno regni eius XXXVI. imperii vero XXXIIII. Datum aput Hagenogiam IIII. idus iulii feliciter amen.

Nos igitur in libra conſideracionum noſtrarum fauorabiliter appendentes intime deuotionis affectum et ſincere fidei puritatem qua ſupradictus Egidius abbas monaſterii wiſſenburgenſis princeps noſter dilectus ſtudet et ſtuduit hactenus affectuoſa ſedulitatis conſtancia noſtris beneplacitis placidius conplacere

ipfius peticionibus benigne annuimus et ei de noftre celfitudinis beniuolentia concedimus poftulata dicta priuilegia et omnia que in eis continentur approbantes ratificamus innouamus confirmamus et prefentis fcripti patrocinio communimus faluis femper noftris et imperii iuribus vniuerfis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noftre approbacionis ratificacionis innouacionis et confirmacionis paginam infringere uel ei aufu temerario contraire. quod qui fecerit indignacionem et offenfam grauem maieftatis noftre regie fe nouerit incurfurum. Datum fpire anno domini M.CCCIII. XIIII kln. februarii indictione prima regni vero noftri anno quinto.

Signum dni. **Alberti** Romanorum regis inuictiffimi.

B. **Chartae abbatum statuta vel monasterii iura continentes.** (Conf. praeter dictiones iurium antiquas *freta*, *stuafa*, *haribanno* in trad. n. 12, *andelagnus*, *andolagnus* n. 232. 233, *wirigiltium*, *dagowarto* in Polyptycho Edelin. n. 303, *ostergelt* n. 312 de iuribus etiam *capitalibus, censu capitali, houbetreht, buteil, hertreht, gruntruore* in eod. libro Edeliniano incipiente et n. 313.)

VII. Edelini abbatis statuta civitati Weissenburgensi facta. Cod. privil. p. 53 *sqq. Cod. Spir. n.* 12.

Anno dni. MCCLX° quinto feria quinta poft exaltacionem fancte crucis proxima. Nos E. dei gratia abbas wiffenburgenfis ac vniuerfi milites confules et ciues eiufdem loci ex noftro noftrorumque fidelium confilio id quod ad ecclefie noftre et ciuitatis ac communis prouincie utilitatem refpicit et honorem dignis ordinacionibus ftatuendum decernimus et inuiolabiliter obferuandum. Primo ftatuimus quod piftores in ciuitate et circa ufque ad vincula petri nullum panem burfare debeant quem ad fora detulerint venditum. quicumque autem hoc infregerit vel in hac parte noftrum ftatutum euiolauerit pene noftre a nobis fuper hoc edite fcilicet V folidorum den. wiffenburgn. nobis abbati et nouo muro ciuitatis adminiftrandorum fubiacebit et cum iudicibus pro ipforum gratia componet. ad hoc panis qui huiusmodi penam promeruerit auferetur et inter pauperes ac infirmos hofpitalis diftribuatur. Item ftatuimus quod nulli molendinario liceat in foro emere annonam vel fpeltam quam piftoribus vel aliis carius vendere proponit. et ille qui tenet menfuram filiginis iurauit vniuerfis pauperi ficut diuiti iufte et equaliter menfurare. Item ftatuimus quod quinque fertones carnis uaccine `vel vituline fenis et iuuenis pro vno den. vendantur nichil vero de ipfis carnibus abfque renibus dematur vel abrodatur. libra autem porcine carnis pro tribus obulis vendatur nec eius pinguedinis aliquid abftrahatur. libra autem carnis infecte et fuille pro vno denario detur. carnes mutine caprine et hircine fine pondere vendantur. ifte carnes ponantur in macellis apud domum Magiftri Volcmari. carnes autem a feris et lupis lacerate extra macella vendantur. iftud forum carnium ufque ad feftum beati martini` ftabile` permanebit. Item ftatuimus quod caupones equas et fignatas habeant menfuras per quas nullus hominum fenex vel iuuenis defraudetur. habeat vnufquifque menfuram cum qua tribuat petenti dimidium quartale cum

dimidio quartali quarta cum quarta octalium cum octali denariata cum ſua menſura ſecundum ordinem detur. omne vas vini vna die ſemel et non pluries proclametur. niſi eodem in foro condeſcendatur et eius vendicio minuatur. Item ſtatuimus quod pellifices in omni ſuo opere ueteres pelles nouis kungelinum leporinis non coniungent. Item ſtatuimus quod lanifices et minores mercatores duo genera pannorum ſimplicia faciant et pura ſcilicet lemberin et lovens quibus nil prauitatis uel ſalſitatis commiſceatur. qui autem fecerint pannos ſtipulis et crinibus commixtos de ceteris ſegregantur et locum iu foro habeant ſpecialem. Item ſtatuimus quod ſutores uetus coreum et agninum nouo non apponant niſi in calceis mulierum in parte ſuperiori. coreum eciam non vngent aqua ſalis ſed ſagimine puro. filtrum ſubtus et ſuperius ſit equale. Item ſtatuimus quod cerdones mercatores et omnes album coreum facientes cutes ſuas et pelles aquam lutream vel aliquem riuulum de ea manantem non imponant nec aliqua eorum cimenta infundant. quod tamen ipſis eſt licitum inferius noſtre ciuitatis faciendum. Item ſtatuimus quod omnes mercatores iuſtam et ſignatam vlnam habeant menſurantem. eque ſint ipſorum ponderaciones et libre quibus hominibus ſuum mercatum tribuant. Item ſtatuimus quod libra olei nucum ſimplicis et puri non igne exuſti vel aqua aut papiphero ac ſeminis lini commixti pro quinque denariis vendatur. nuces vel oleum extra ciuitatem non ducantur oleum eciam papiferis et ſemiuis lini pro ſuo iure vendatur cuius torti deiciantur quod porcis et aliis pecoribus ad paſtum non tribuantur. Statuimus eciam quod ſepum cremiis porcinis vel ſecibus aliquibus et cera piſe non aliqua commixtione falſificentur. ſanguis hominum et ſtercora in aquam liquidam non fundantur. Item ſtatuimus quod groſſum ſal minuto ſali vel calce non miſceatur ſed quodlibet in ſuo genere vendatur prout tunc forum edocebit. Item ſtatuimus quod menkelarii poma pira caſeos pullos oua auenam lineum pannum vel aliquam rem infra emunitatem ciuitatis et circa in die ſabbati et aliis diebus pro aduenis et alienis non emant que carius vendere voluerint donec in clauſtro ſumma miſſa fuerit cantata. Qui autem hec noſtra ſtatuta ad tranquillitatem communis populi edita exceſſerit et iuxta hanc deſcriptionem non ſeruauerit et quanto ſepius ipſam euiolauerit pena ut prediximus punietur. quod ſi magiſter fuerit alicuius operis duplicem penam conſequetur et a ſuo magiſtratu amouebitur et alter ſubſtituetur. Ad iſta ſtatuta ſeruanda et nobis proditione debita publicanda quibus eciam magiſtri accuſabuntur ſtatuimus noſtros dilectos Rudolfum de Berwenſtein. Conradum aduocatum de aqua. C. ſcult. Volcmarum ſcult. B. in aq. et Conradum monetarium vna cum iudicibus ciuitatis Theoderico et Boimundo. Item ex fauore conſenſu et voluntate vulgus et totius populi ciuitatis conſules elegimus et ſtatuimus de feſto martini proximo per annum ut ſicut manibus poſitis ſuper reliquias iurauerunt euidenter omnia que fuerint ad commodum honorem et utilitatem noſtre eccleſie et ciuitatis communis pro poſſe et uiribus promoueant ſalubriter et gubernant. quorum nomina ſunt Heinricus de clingen W. caluus Rudolfus de Berwenſtein C. aduocatus in aq. milites Bomundus et Ebberhardus aduocati C. ſcult. Volc. ſcult. B. in aq. C. monetarius Sefridus monetarius et Clenemannus. Item ſtatuimus iuratos ut uota hominum et debita coram

eis acta teſtificentur quos de quolibet opere ſumpſimus et collegimus Cleneburnem et Heinricum ſartorem Sifridum de gradibus et Heinricum filium Lipheit Gernod. carnificem et bouſmannum Hugonem piſtorem et pincernam Strubonem et Merkelinum pellifices W. werlan et ſterelinum Heinricum fabrum Bonebrechen. et W. ſwanebolt Got. comitem et Heinricum gude Conr. ſcult. et Volc. ſcult. B. in aq. et C. monetarium Ebberwinum et B. theolonarium. iſtorum quemlibet iuratorum deſtituendum et alium ſibi ſubſtituendum ac eciam in toto caſſandum prout eccleſie videbitur expedire Nos E. abbas wiſſenburgn. plenariam habemus poteſtatem. In cuius ordinacionis robur et ſtatuti noſtrum ſigillum vna cum ſigillo ciuitatis preſentibus appendemus. Acta ſunt hec anno et die prenotato. Volumus eciam quod quicumque monetariorum vel qualiſcumque perſona noſtram monetam falſificauerit vel argentum ſophiſticatum pro dapſili dederit res et corpus in poteſtate dni. noſtri ſint abbatis. Notum ſit omnibus quod de quolibet opere duo viri qui ſunt magiſtri et ſex ſuper illos conſtituti quorum nomina preſens littera continet conſules et iurati nobis abbati primo manualem fecerunt per ſingulos promiſſionem et poſt tunc publice iurauerunt nobis et eccleſie noſtre parere iuſticie et mandatis et eam in iure ſuo ſibi antiquitus conceſſo feliciter conſeruare.

VIII. Charta concordationis inter abbatem et cives Weissenb. per Rudolphum imp. d. 1275. *Cod. privil. p.* 8. *Cod. Spir. n.* 13. *Schöpflin. Als. dipl. II, n.* 698.

Rudolphus dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus vniuerſis ſacri Romani imperii fidelibus preſentes literas inſpecturis in perpetuum. Ad vniuerſitatis veſtre noticiam volumus peruenire quod cum inter venerabilem Edelinum wiſſenburgn. abbatem dilectum principem noſtrum et conuentum ipſius ex vna parte et prudentes viros ciues wiſſenburgn. dilectos fideles noſtros ex altera ſuper quibuſdam articulis annotatis inferius quedam fuiſſet exorta materia queſtionis tandem poſt varias altercationes hinc inde diucius agitatas fuit in nos et nobiles viros Emichonem ſilueſtrem comitem et Gotfridum de Meiſenburg a partibus velut in arbitros compromiſſum. Nos itaque quibus eſt cordi et cure ſic ſuſcitatas conſopire diſcordias et fidelium reparare ſciſſuras aſſumpto nobis huiuſmodi onere arbitrandi inprimis pronunciamus et dicimus ſuper primo. Quod abbas et conuentus monaſterii wiſſeuburg. ab omni exactione que vulgo dicitur vngelt perpetuo liberi maneant penitus et immunes et vina ſua ſummatim pariter et in groſſo per dolea vendere debeant et carratas non per menſuras prout conſuetum eſt fieri in tabernis et ſi forſitan vina ſua vendiderint ſiue vendi fecerint per menſuras iuxta quod fieri aſſolet in tabernis aliorum ſuper hoc oneri ciuium ſiue negotiatorum ſubiaceant conſuetudini atque legi. Item quotiens opus fuerit inibi ciuibus ordinare ſiue preficere conſules ciuitati recurſum habeant ad abbatem ipſumque ciues predicti requirant ut per ſe uel per interpoſitam perſonam huiuſmodi conſulum ordinacioni ſi uelit interſit. quod ſi facere recuſauerit idem abbas prenominati ciues ſub fide preſtiti iuramenti ſtatuendi et eligendi eoſdem conſules liberam habeant facultatem quos predictis abbati et conuentui imperio atque ciuitati de wiſſenburg

magis viderint oportunos. Item quicumque ciuis wiffenburgn. decedens dextrarium habeat fiue equum valentem plus precio fex marcharum decedentis heredes fex marchas abbati pro iure capitali pro eo tenebuntur exfoluere fibi dextrario fiue equo retento. de minoribus vero animalibus fex marcharum valorem non attingentibus que decedens ciuis habuerit optimum ei foluet. verum fi nullum decedens habuerit animal ipfi abbati duodecim denarios wiffenburg. foluat pro vefte optima quam habebit. Item fi refidens in dem burgbanne qui cenfus dictos haubtzinfe dat fancto petro wiffenburg. ab hac luce migrauerit abbati monafterii nullum ius quod buteteil dicitur dare tenetur fed pro mortuario folidum wiffenburgn. dent heredes. Item de adolefcentibus et de adolefcentulis vtriufque fexus in dicto burgbanno refidentibus fic de confenfu partium fimiliter diffinimus quod fi tales ante contractum matrimonium decefferint pro eifdem heredes mortuaria nulla foluent. fi tamen predicte perfone heredes paternarum vel maternarum rerum extiterint ac domum ac familiam fuam tenuerint vel alias adhuc viuentibus fuis parentibus vel parentum altero feparatim ab ipfis domefticam curam tenuerint et expenfas domefticas habuerint eciam fi fine matrimonio decefferint heredes talium mortuarium foluere tenebuntur. Item de hominibus in burgbanno habitantibus qui cenfum fancto petro non foluunt recipient abbas vel fui nuncii et exigent quelibet fua iura de bona voluntate et fine contradictione qualibet ciuium predictorum. Item quicquid iuris officiatis wiffenburgn. monafterii fcilicet camerario cellerario cuftodi et fimilibus in hominibus ad eorum curias fpectantibus houbtzinfe ipfis dantibus competit licet in dicto burgbanno refidenciam faciant quod id ipfis officiatis foluatur procedit de bona ciuium voluntate. Item quicunque ciuis wiffenburgenfis pro prato quod poffidet vnam foumam herbe in anno hactenus foluere confueuit pro fingulis foumis fingulis annis in fefto affumpcionis beate virginis quatuor denarios wiffenburgenfes amodo fibi foluet et fic de dicte herbe folucione perpetuo fit folutus. quos quidem denarios qui in dicto fefto non foluerit per abbatem conpelli poterit ad emendam qua ceteri cenfuarii cenfus debitos fuo tempore non foluentes confueuerunt et poffunt de iure puniri. Item fi in communibus pafcuis que almende vulgari vocabulo nuncupantur agri colantur aut vinee de culturis eifdem et in eis nafcentibus decime perfoluuntur abbati. verum fi fuper huiufmodi glebe cultu communitas deferat queftionem abbas hoc tenebitur prout iuftum fuerit iudicare. preterea pronunciamus et dicimus quod tręs montes filueftres fcilicet Banholtz Douwelberg et Bremelberg ad abbatis cameram debent perpetuo fpecialiter pertinere. fed omnes alie filue quas monafterium fancti petri wiffenburgenfis in wiffenburgenfi territorio poffidet fint communes et almende vulgari vocabulo. ita quod abbas fit fuper hiis magifter et dominus nulli tamen nifi cui abbas confilio mediante lecenciam dederit in eifdem filuis tradita facultate fecandi. fed habeat idem abbas liberam et plenariam facultatem in ipfis filuis omnia ligna fecandi quibus ad neceffariarum curiarum fuarum et ecclefiarum ftructuras et edificia indigebit. Item quando facta fuerit cum confilio quod dicitur einunge vulgariter ordinacio fuper filuas tranfgreffor ipfius abbati tenebitur ad emendam. Item cuftodes filuarum communi confilio ftatuantur. Item pecora gregum pafcantur in filuis predictis fine dolo malo

ingenio ſine fraude. Item omnes homines habitantes in territorio plenum ius habeant adigendi et inpellendi ad glandes ſiluarum omnes porcos quos in ſuis curiis aut in domibus nutrierunt. inſuper quilibet memorati territorii porcos non nutriens viginti quinque porcos emere poterit et non ultra in dictis ſiluis et glandibus depaſcendos. Item quicunque non in territorio conſtitutus ad glandes ipſarum ſiluarum porcos adegerit abbas militum atque ciuium aſſiſtente preſidio dictos porcos capere poterit et de ipſis libere facere ſue beneplacitum voluntatis. Item libere liceat cuivis homini ciuitatis ipſius opus habenti in ſiluis ipſis ſecare tres arbores ad torcular. inſuper totum campum qui dicitur Reinefelt ad communes paſcuas que vulgariter almeinde vocantur decernimus pertinere exceptis dumtaxat agris quibuſdam vallo ab ipſo abbate circumdatis et quibuſdam aliis agris Geizman vulgari vocabulo nominatis. cenſemus inſuper arbitrali diffiniendo ſentencia quod predictus abbas wiſſenburgenſis conſimili magiſtratu et dominio uti et gaudere plenarie debeat ſuper aquas et paſcua quo congaudet et coutitur ſuper ſiluas. Item de ſtructuris ſuper edificatis aquarum decurſibus atque viis predictus abbas iuxta conſilium et auxilium ciuium predictorum errata huiuſmodi corriget et deformia reformabit et de illis eciam qui iniuriati fuerint in communibus paſcuis que almeinde vocantur per ciuium eorundem auxilium preuio iuris ordine iudicabit. decernimus eciam orſbant et letten ad communes paſcuas que almende vocantur debere perpetuo pertinere. Ceterum ſuper cauſis inter abbatem predictum eiuſque conuentum miniſteriales et vaſallos monaſterii wiſſenburgenſis coniunctim ſeu diuiſim ex vna et ciues wiſſenburgenſes ex altera parte ſubortis ſic de conſenſu parcium duximus ordinandum quod in iudiciis exercendis abbas ſeptem ex ſuis miniſterialibus vel vaſallis milites totidemque perſonas ex quatuordecim ciuibus qui vocantur huſgenoſſen ipſi abbati a ciuibus wiſſenburgenſibus preſentandis eliget quorum ſiue maioris partis eorum ſentencie ſtabitur ſuper motis huiuſmodi queſtionibus et mouendis. Queſtiones eciam quas ab hiis qui extra ciuitatem in locis tamen ad emunitatem que vulgo dicitur Muntad ſpectantibus habitant ante cameram prenotati abbatis deduci contigerit per predictos quatuordecim vel maiorem partem ipſorum decernimus terminandas. et ſi aliquem ex prefatis ſeptem ciuibus contingat decedere ciues ſuperſtites duos eiuſdem conditionis ſcilicet huſgenoſſen repreſentabunt abbati qui ex eis vnum in locum premortui ſubrogabit. Inſuper ſuper queſtionibus feodalibus ſeu aliis non tangentes ciues ſed extraneos ipſi ciues non uſurpabunt ſibi ius dictandi ſentencias nec ſe intromittent de talibus niſi ab abbate fuerint enocati. Preterea de moneta wiſſenburgenſi ſic conſeruandum decernimus partium de conſenſu quod dictus abbas de miniſterialium ac ciuium conſilio nouam poteſt monetam cudere in pondere et valore quem illi terre nouerit expedire. illa moneta per continuum quadriennium quotiens renouata fuerit nullatenus renouanda. Item abbas in eo iure et conſuetudine obtinebit bannum quo eum hactenus noſcitur tenuiſſe. In cuius rei teſtimonium preſens ſcriptum exinde conſcribi et maieſtatis noſtre ſigillo iuſſimus communiri. Et nos predicti abbas et conuentus monaſterii ſancti petri in wiſſenburg noſque ciues wiſſenburgenſes premiſſa vniuerſa et ſingula per prefatum ſereniſſimum dnum. noſtrum Rudolfum Rom. regem

pronunciata et ordinata falubriter grata et rata habentes eaque confenfu vnanimi et vltroneis motibus approbantes ad rei gefte memoriam et perpetui roboris firmamentum figilla noftra prefentibus literis duximus apponenda. Datum Hagenoie pridie idus aprilis indictione III. anno dni. M.CC.LXXV. regni vero noftri anno fecundo.

IX. Iacobi de Lachen depositio de iure capitali d. a. 1365. *E codice Edelin. inter extrema fol.* 61 *c. d. et cod. Spir. f.* 21.

Ego Iacobus de lachen collector iurium capitalium dni. mei abbatis Eberhardi monafterii wiffenburgenfis in veritate fubque iuramento meo quod prefato domino meo preftiti depono ea que infra fcripta funt de iuribus capitalibus accidentibus in opidi wiffenburgenfis diftrictu et extra ipfum in emunitate et vbiuis euenerit fcilicet hoc verum effe ficque magiftrum quondam Rulum predeceſſorem meum qui eciam collector iurium fuit prenominati dni. mei Eberhardi et predeceſſoris fui fic feruando ipfa leuauit egoque iam annis quatuordecim et amplius ea collegi precife hoc modo. Moriens in opidi wiffenburgenfis diftrictu fi fuerit vir et habuerit animal reliquit et debetur optimum huiufmodi fuum animal in ius capitale. Si autem mulier obierit prius viro tunc cedet primum poft optimum. Si autem animal non habuerint fed communia cum aliis hominibus tunc duo debent iungi et ex illis unum componi et illud pro iure capitali dabitur fiue pro uiro fiue pro muliere. Si autem animalia huiufmodi non habuerint tunc in diftrictu prefato datur folidus denariorum wiffenburgenfium pro mortui vefte. extra vero iam fatum diftrictum fi infra emunitatem aut alias ubicunque ceciderit fi non fuerit ibi animal tunc optima veftis datur pro viro. pro muliere vero optima vna dempta. Si autem vxor prius deceſſerit et nifi vnum animal habuerint hoc eque pro muliere accipietur ficuti pro viro. infuper quilibet adolefcens et virgines fi hereditatem fufceperunt quamquam matrimonium non contraxerint tamen ipfi ficut alii dabunt ius capitale. Quando eciam vir fiue vxor infirmantur et in lecto decumbunt fi animal habuerint hoc non debent vendere neque alienare quoufque ius capitale fit folutum. Quicumque eciam habitauerit in diftrictu vel in emunitate fit vir vel mulier dum moritur ad ius capitale fancto petro obligatur omnimode vt fupra fcriptum eft. Huic depofitioni affuerunt fupra nominatus abbas Eberhardus. dns. Conradus de Mulhufen capellanus eius. Conradus de bethofen minifterialis quippe nobilis et Henricus frater iam dicti capellani. Acta funt hec anno dni. Millefimo tricentefimo fexagefimo quinto feria fexta poft omnium fanctorum.

Addit eadem manus in cod. Edel. sequentia: Pro iure huiufmodi facit laudum regis Rudolphi inter monafterium et opidum wiffenburgenfe vbi exprimit de hac feruitutis fpecie difponendo anno Millefimo ducentefimo feptuagefimo quinto et fortius facit eiufdem laudi confirmatio regis Alberti facta anno Millefimo tricentefimo vt eft videre in tranfumptis. vnde fuit tranfgreffum in libro feu regiftro documentorum Monafterii.

Habetur etiam in eod. cod. f. 60 *c. d. versio germanica haecce:* Ich Jeckel von Lachen mins herren Abbet Eberhartes Houbrehter zu wifzenburg. fpreche vff mine warheit vnd vff myn eyt. den ich myne vorgen. herren gethan

han was hie nach gefcrieben ftet. von der heubreht wegen. die da zu wifzenburg in dem Burgbanne vallent vnd vfzwendig des burgbannes in der Muntdat. vnd anderfwo. wo es vellet das das war ift. vnd das meyfter Rule felige. myn vorvarn. der auch heubrehter was mins vorgn. hern. Abbet Eberharts vnd fins vorvarn. an mich braht hat. vnd ich fie auch biz her genomen han viertzehen iar vnd me. mit namen alfo. Wer in dem burgbanne zu wifzenburg ftirbet. da git der man hat er vihe das befte zu heubreht. ftirbet aber die frawe e danne der man. die git ane eins das befte. Ift aber das fie nit viehes enhant vnd hant gemein vihe mit andern luten fo fol man zweye zu haufe ftofzen. vnd fol eins dar vfz machen und fol das zu heubreht gen. es fi von dem manne oder von der frauwen. Ift aber kein vihe da. fo git man in dem Burgbanne ein fchilling wifzenburger pfenninge vur ein dotden cleit. vfzwendig des burgbannes in der Muntdatde vnd anderfwo wo es vellet ift nit viehes da fo git man das befte cleit von dem manne von dem wybe ane eyns das befte. Wer es auch das die frauwe vervure e danne der man. vnd hetdent numme dan eyn vihe. das vyhe fol man alfo wol von der frauwen nemmen als von dem manne. Ouch welich jungeling oder juncfrauwe zu erbe gegangen fint. wie wol fie nit zu der e gegriffen hant fo follent fie doch nach dotde heubrecht geben fie alfo wol als andere. Wanne auch man oder frauwe fiche werdent vnd zu betde kument hant fie viehe das viehe follent fie nit veranderen noch verkeuffen biz das heubreht gegeben wirt. Wer auch fefzhafft ift in dem burgbanne oder in der Muntdat es fy wib oder man ftirbet das es ift ein heubreht fant Peter fchuldig in aller der mafze als vorgefchrieben ftet. Hie by warent myn egen. herre Abbet Eberhart. Herre Cunrat von Mulhufen fin cappelan. Contze von Bethouen ein Edellknecht vnd heinrich des Capelans bruder.

Acta funt hec anno dni. Millefimo CCC°LX° quinto feria fexta poft feftum omnium fanctorum.

X. Iura monasterii quaedam in cod. Edelin. f. 61. *a. b. c. lingua vernacula descripta.*

Anno dni. Millefimo CCC°.LXX°. primo fignati funt redditus infrafcripti feu iura monafterii fancti petri wifzinburg. ad vyrcellam fculteti in wifzenburg fpectantes. Zu dem erften

Wer da korn fpeltze haberen vnd alle ander fruht die man zu wifzenburg in der ftat oder in der muntdat myt der vyerntzal keuft oder verkeuft vnd zu der vyerntzal gehoret. der fol von ie den ahteil ein mefzels geben der achtzig ein ahteil thunt. Wer des nit en detde vnd fyne fruht vfz mefze ane die gefworn knecht die die vierntzal dragent. der oder die es were frawe oder man der fol von ie dem ahteil oder von eime halben ahteil zu pene geben eyn pfunt heller wifzenburger wie dicke das gefchehe vnd wo man das bevunde. were es auch das ein vierntzal oder dry fefter ieman gemefzen wurde vnd nit me der oder die hetdent kein pene verlorn. gebe man aber eime ein vierntail oder dry fefter vnde aber ein vierntail oder dry fefter wanne es danne an ein halbe ahteil queme fo ift der oder die der die fruht mifzet die felbe pene fchuldig in aller der mafze als vorgefchriben ftet.

Item wer ein meifter becker ift vnd die gezunft hat vnd in der ftadt gefefzen ift oder vfzwendig keuft der kernen der fol von ie dem ahteil kernen ein wifzbrot geben als man es zu veilen kaufe hat. gilt es gemeinlichen ein pfenning er fol eyn pfenningbrot geben. gilt es aber ein heller gemeinlichen man fol ein hellerbrot geben. giltet aber eins ein pfenning und eins ein heller. fo fal man von ie den ahteil kernen ein pfenning brot nemen. aber ein vfzmann der die gezunft nit enhat der fol von ie dem ahteil kernen zwei brot geben oder fyn mefze in der mafze als vorgefcriben ftett.

Item wer in der vaften erweyfzen. lyefen. bon. oder ander fmalfette mit den ahteil verkeuft der fol von ie den ahteil fin mefze geben. mifzet ers vfzer den fecken oder vfzer den fuberen vnd begrift es ein halbe ahteil fo git man ein halben fefter da von vnd ift das iar ledig. das follent auch die thun die zu den wannen mefzent.

Item fo die zwuboln zit komet das man zwoboln famen foll fo foll ie der karch einen halben fefter zwoboln geben vnd das iar ledig fin. furent fie aber vmb lon fo foll aber ie der karch finen halben fefter geben.

Item wanne die faltzwegen oder die faltzkerch kumment fo fol ie der wagen ein fefter faltzes geben vnd ie der karch ein halber fefter faltzes geben vnd fint danne ledig biz zu fant gallen tag vnd want fant gallen tag furkommet fo follent fie aber alfo viel geben. vnd fint danne aber das iar umme ledig bitz aber zu fant gallen tag. Vnd ie die Grempern die mit den wannen faltz viel hant. fie fint in der ftat gefefzen oder vfzwendig oder kome her wo fie wolle die fol auch ein halben fefter faltzes geben an dem fammetzdage nach fant gallen dag oder wanne man fie in den iar begriffen mag.

